



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Dispvtatio VI. De dispensatione legis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

magis verb. lex p. 47. Tuscius ibi, concil. 164. num. 9. 11. 70. & con-
clu. 195. n. 19. & 20. Hanc tamen communem sententiam limitat Feli-
lin. Eatina. & alij ab ipsius relati, ut procedat in lege, &
scripto procedente ex motu proprio Principis, & non ad in-
stantiam partis, quia quando ad instantiam patris emanauit
lex, habet rationem priuilegii: priuilegium autem concessum
pendente lite eriam motu proprio superioris, non vocer patri
aduersus, ut notauit Aaron, Holtiens. Imola. Abbas in cap. cau-
sam, el. 2. de testam. & Ioann. Andr. tit. de dolo, & contum. §. fin.
verific. porr. in addito.

18 Verum probabilius mihi est non extendi legem ad pen-
dencia in iudicio, etiam si mentionem praeteritorum faciat
nisi simul mentionem faciat pendencia. Et de statuto id doc-
ter Bald, post Batt. in l. sancimus. C. de faro/ant. Eccles. Genera-
liter autem tam de statuto, quam de lege. Ita quo in hac parte
nulla est differentia, ut bene ex Imola notauit Felin. column. 7.
ver. /limita quarid. id affirmat Batt. in l. omnes populi, num. 40.
ff. de inst. & iur. Alexand. consil. 96. num. 4. lib. 1. Alderan. Malcar.
de general. statut. interpr. & concil. 13. n. 33. & Felin. reputa-
re probable. Probo primò, quia ex eo quod causa deducta est
in iudicium, quicquid pars litigii nisi aliquod acquisitum, ut
secondum leges tunc videntur iudicetur. Quod ius iudicatur, si
lex de novo lata locum in his, habet, atque Princeps nunquam
centetur iuri partis litigantis praedicare nisi exprimat. Ergo
secundò quia in l. leg. 2. C. de legib. exprelse habetur leges, &
constitutions futuri negotiorum dare formam, neque ad praeterita
revoxari nisi nominaretur, & de p. æterno tempore & ad-
huc dependentibus negotiis caucau. Iur. Ergo non sufficit no-
minate praeterita ut intelligent pendencia negotiorum compre-
hendatur, sed debet mentio fieri negotiorum pendentium. Tertio,
lex emanans ad instantiam partis non comprehendit negotio
pendentia, ne patet aduersa præiudicium habeat: at idem præ-
iudicium sequitur, ut motu proprio lex manet. Additum eiām
lex, vel statuum ad instantiam aliquis fuerit promulgatum:
at finis illius non est fautor specialis sed communis utilitas, ex
cap. erit uerba lex, distill. 4. Ergo postulatio partis non po-
test obesse, ut lex ad pendencia in iudicio non extendatur, si
quando motu proprio Princeps emanat, excendit: cum semper
habeat eundem finem, ac proinde eodem modo sit ex-
tendenda. Quartò, lex loquens de præteritis, sufficienter saluare
cum tota sua significatio, si comprehendat ea, quæ deducta
non sunt in iudicio: quare ergo ad deducta in iudicio debemus
extendere?

§. VI.

Quam vim fortiantur verba, & litteræ commen-
datiæ alicuius.

- 1 Dupliciter fiat commendatio generalis, & specialis.
- 2 Si ex commendatione mea generali Petro res tuas commissisti, non tenero de domino sequituro.
- 3 Excipe nisi dolo fecerim,
- 4 Si littera, vel verba specialia continentur verum, non tenor
damnum reparare, nisi verba denotent, me voluisse obliga-
tionem subire.

1 Vpliciter aliquem tibi commendare possum. Primò ver-
bis generalibus affirmantibus esse virum probum, fide
dignum, cui securè negotia tua committere possis. Secundò, si
in particulari causas dicas esse hominem, cui tale negotium po-
sit committi, & talis contractus cum eo int̄.

2 Dico primò. Si verbis generalibus tibi commendauit
Petrus, & tu hoc commendatione fuis res tuas Petro com-
missisti, non tenero de domino tibi sequituro, nisi dolo fecerim:
deciso est l. & eleganter. §. ultim. ff. de dolo. & l. fin. vers. nec.
Cod. curv. eo, glossa ibi. Anton. Gom. 2. var. cap. 13. num. 5.
Salas disp. 21. sec. 9. numer. 23. Rebello. 1. part. lib. 1. queſ. 6.
sec. ultim. num. 48. Ratio pro de obligatione in conscientia
est clara, quia haec obligatio esse non potest, nisi culpam com-
miserim in commendatione Petri. At suppono mihi ignoratum esse, esse improbum, & infidem. Ergo nullam culpam in
eius commendatione commissi, delicta enim non tenebar præ-
sumere. Pro deobligatione autem extenui fori ea ratio est quia
haec generalis laudatio ad urbanitatem petinet; ubique culpa
imputare debes, qui ita facile credidisti & res tuas sine debito
examine commisisti.

3 Dixi me deobligatum esse, nisi laudationem dolo fecer-
tim dolum autem commisisti censebor, si sciens Petrum fuitis
assueceris, pro fidei commendauerim: sic Doctores supera re-
lati, & confitit ex diff. l. & eleganter. tum ex definitione dolii
quam tradit gloss. in l. ff. de dolo quae est caliditas quedam
ad decipendum alium. Et probari potest, tum quia ius habet
vniuersaliter, ne fallacie decipiatur. Si ergo te decepi, & media
deceptione causa fui, ut damna patiaris, videor teneri refuta-
tive. Solum in mei favorem est quia haec verba non videtur
de efficacia inducendi damnum, eo quod cordatus, & pru-

dens illis non decipiuntur. Ergo si tu deceptus es, tuæ facilitati
debet tribui, non mihi. At video non sufficienter hac ratione
excusari, si semel cognoui, vel dubitauit te illis verbis eis de-
cipendum, quia stante tua facilitate iniuriosus fuit vens illis
fallacis, & mendosus verbis

4 Major difficultas est, quando litteræ, vel verba con-
tinent quid certum, v. g. quando circa causum specialem lau-
do Petrum, & dico fidem esse, quo cum iniuste potes tam-
tem, vel talem contactum, &c. An, inquam, tunc sim obli-
gatus.

Et quidem si addidi aliqua verba, quæ denotarent me velle
assermentationum illorum facere, vi si dicere. Yo somo à mi
euena, corra por mi risgo: non est dubium manere obligatum
actione mandati. cœrus in l. si vero non remunerandi, & si quis
mandauerit, ff. mandati, & ibi glossa. Doctores communiter.
Anton. Gom. illo c. 13. n. 5. Salas disp. 21. sec. 9. in princ. Rebello
de oblig. iusti, lib. 1. q. 6. n. 47. & seqq. Ratio, quia illa verba non
tunc continent approbationem peritiorum, quam suscepionem
alieni periculi.

Verum si absque his verbis petrum laudarem, & tibi com-
mendarem, quatumcumque in negotio speciali commenda-
tio fieret, si absque dolo feci probabilitus me non tenet
damnare reparate. Quia non inuenio in hoc casu aliquam spe-
cialiem rationem, quæ in laudatione generali non procedat: &
faute regula iuris 6. in 6. Nemo ex consilio, nisi fraudulenter sit,
obligatur: & ita teneri Rebello illa queſ. 6. sec. ult. n. 49. Salas
eius verba transcribens sec. 9. Credo tamen in foro extero
comdemnandum fore actione mandati, si circa rem aliquam
specialem Petrum tibi commendasset, affirmans te posse
securè cum illo contrahere; quia præsumo quasi mandate ex
l. Lucius ff. de fidei usq. & l. 1. littera, C. mandat. glossa. Bart. Bald
& alij, quos referit & sequitur Anton. Gom. 5.



DISPUTATIO VI.

De dispensatione legis.

DR. manibus habenda est huius disputationis do-
ctrina, ut pote in praxi maximè frequens: ex illa
enim dependet decisio plurium difficultarum in
varius materiis contingentium. In tres partes hanc
disputationem diuidemus. In prima agemus de nature dis-
putationis, & causis illius: quis, inquam, concedat disputationem
& quibus concedatur. In secunda de conditionibus requiritis
ad valorem disputationis. In tercia de causis, quibus dispu-
tatio cessat; vbi de interpretatione illius. Si autem aliqua in hu-
iusti modi disputatione desiderantur, ex disputatione de priuile-
giis petenda sunt.

P V N C T V M . I.

Quid sit dispensatio.

- 1 Definitur dispensatio in genere.
- 2 Proprius, & ad rem definitur ab aliquibus Reisicetur & statui-
 tur propria definitio.
- 3 Dispensare non est legem interpretari.
- 4 Neque etiam est permittere.
- 5 Dispensatio differt ab absolutione à peccatis & censuris.
- 6 Differt à simplici licentia requirita per legem.
- 7 Differt à legis abrogatione, & derogatione.
- 8 Differt à priuilegio.
- 9 Legis dispensatio, & dispensatio vari, & iuramenti multum
 differunt.

1 **S**i nomen dispensationis in genere sumatur, eius defi-
nitio est, iusta rectum communium distributio, iux-
ta illud Luce 12. Quis putas est fideli dispensator? & l. ad
Corinth. 4. Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum
Dei, cap. 9. Dispensatio mibi credita est. Eadem dispensatio
nis acceptio confitit ex iure ciuilis; text. in l. dispensatori, 5.
& in l. dispensatorem, 6. ff. de solutione. L'orbana, 166.
ff. de verb. significat. Et ex iure canonico idem habetur,
cap. dispensatio, 43. disp. & in extrinsecus originibus, de penitentia,
& remissione. & tradunt doctores statim referendi. Verum
omissa haec dispensationis lata acceptatione, dispensatio apud
Theologos, & incipientes sumunt pro exemptione alicuius à
lege, ex l. principi, ff. de legib.

2 Dispensatio communiter sic definitur. Est relaxatio iuris
communis cum cautela cognitione facta ab eo qui potestarem
habet relaxandi, sic glossa penit. in princ. in c. requiritis, §. nisi ri-
gor. 1. q. 7. Couart. de sponsalib. p. 2. cap. 6. n. 1. Nagari, in sum-
ario 9. n. 15. Sanchez. plures referunt lib. 8. de dispens. disp. 1. n. 2.

& sii. At hec definitio sufficienda non est. Primo, quia dispensatio non solum est iuris communis, sed etiam municipalis, & synodalis: quod ius nomine iuris communis non venit in intellectum, ex cap. de constitutione in 6. Secundo, ad dispensationem, non semper exiguntur, ut postea videbimus, eximi ad hanc illius concessionem requiratur, quare Sanchez hoc particulariter cum causa cognitione, à definitione dispensationis excludit. Tertio, neque etiam videtur apponenda illa verba, facta ab eo, qui potestem habet relaxandi, quia in ipsam relaxatione legis includitur debere fieri ab habente potestem: alia etiam debent exprimere causa materialis dispensationis, & conditiones, quae ad valorem illius requiruntur. Quapropter aptior definitio ea esse potest. Dispensatio est iuris plenaria relaxatio, seu exemplio aliquis de legi obligatione; sic colligit ex cap. de multa, de prabend. cap. necessaria, cap. dispensationis, et causa, c. si qui, q. 7. quibus in locis vocatur dispensatio relaxatio; seu moderatione canonum, & in cap. pie- m. §. inquisit. 23. q. 4. vocatur ab August. vulnas contra integratricem fucitatis; & ita tradit Salas disp. 10. sect. 1. vers. ut sanzen. Balli. de Leon. lib. 8. c. 1. n. 9. & Sanzen. lib. 6. cap. 10. n. 7. Salas disp. 10. sect. 1. n. 9. & alii plurcs apud ipsos.

Ex hac definitione inferitur primo, dispensare non esse interpretari legem pro illo caso non obligare; sed est exceptio a legi, illius obligatione posita: constat ex iuribus supradictis & traditis pluribus referentibus Suarez lib. 2. Basil. num. 4. Salas sect. 1. n. 4. Valquez 1. 2. tom. 2. de legib. disp. 178. a. n. 6. Sanchez lib. 8. disp. 1. n. 1. & 1. 4. summa. cap. 37. quæst. Et ratio est manifesta. Primo, quia interpretatio non est actus iuridictionis, sed doctrina argumentum, textus in §. conatur autem ius nostrum, vel, Responsum prudentium, In ist. de iure natur. Quilibet enim vir doctus interpretari potest legem in tali, vel tali case non obligare, dispensare autem non potest. Quod si in caso dubio alteri a superiori non permittatur interpretatione, non inde inferitur interpretationem esse actum iurisdictionis, sed doctrinæ, reteruate tamen superiori. Secundo, sapè dispensat legislator, etius obligationem in dispensatione non cessare, ut contingit, cum tecum respondeat in eum ouotum, ex quo erogaveris pro fiduciis contra infideles duo draconata in acceptione. Bulla crucis, & in impedimentis ad matrimonium, & ad ordines ratione aliquius canonici impedimenti, manifeste apparet. Tertiò, si dispensatio efficit declaratio legis pro illo case non obligans, quoties eiudeter confitetur calum esse omnino similem, posset quis abhinc dispensatione se à legi obligatione excire, quod est absurdum. Quartò, sequetur & qualem potestatem esse in Principiis ad dispensandum in lege propria, ac in lege diuina, & naturali in lege propria, nulla alia potest concedi nisi peracta pœnitentia declaratur. Quinto, non posset in propria lege negare dispensationem: quia non potest in propria lege illius declarationem petitam repellere. Neque credendum est D. Thom. q. 97. art. 4. in corp. Et ad 3. oppositum sentire, ut aliqui recentiores illi attribuunt: quia ibi loquuntur est D. Thom. de dispensatione latè sumpta, prout est quædam gubernatio, ordinatio, & distributio aucta personatum necessitate, & qualitate: tunc quia dicit legistatorem aliqui licentiam concedere non obstatudi præceptum, cùm videt communibz non expedire. Ex quo non inferatur cessare ipso facto obligationem, sed esse casum sufficientem, ut illum relaxet.

Inferitur secundò dispensationem non esse permissionem propriæ, quia dispensatio collit legis obligationem in dispensatione: at permisso illam non tollit. Deus enim permittit peccata, non tamquam illis dispensat. Quapropter permisso facere contraregum, commitit culpam, & pœnae subiectur, etiam si eius executionem diffundens: at dispensatus nullam culpam facit contra legem operans. Interdum vero dispensatio soler appellata permisso, & diffundit. cap. dispensationis, 1. q. 7. sed non propriæ sic Salas disp. 10. sect. 1. n. 5. vers. secundo. Basil. lib. 8. c. 1. n. 5. Suarez lib. 6. c. 1. n. 3.

Inferitur tertio dispensationem differe à absolutione à peccatis, & ieiunio: quia horum absolutione non vulneratur ius, sed potius ius ipsum impletur, ius enim iubet recte dispositio absolutionem à peccatis, & confitetur concedi: at ius non iubet semper dispensationem facere. Item potest secum quis dispense, ut dicimus, se tamen non potest absoluere. Denique absolucionis, ut potest iuri conformis, latè est interpretanda, facta vero dispensatio, sic Suarez lib. 6. cap. 10. a. num. 9. Basil. lib. 8. cap. 1. num. 5. Salas sect. 1. coroll. 3. & colligit ex glossa cap. expiatione, §. ceterum, de electione, in 6. verbo dispensatio. Panorm. cap. tam litteris vestris, n. 3. de restib.

Inferitur quartò dispensationem differe à simplici licentia requisita per legem, in coquid licentia non est contra legem, sed potius pro lege: & neque licentia collit per se obligationem legis, sed potius per ipsam obligationi legis fit facis. Quia ratio est cum Prelatus tibi conceit egredium est monasterio proprio, & Ponit fixum in monasterio monasterium, & Episcopus ex legitima causa non tecum dispenseat, sed apponere conditionem a lege requisitam: lex enim cauebat, ne monasterio proprio aliquo licentia exites, neve in monasterium monasteria intates abique licentia illius, qui cam po-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

test concedere. Cum ergo tibi Prelatus ad hos actus facultatem concedit, iam lex non obligat, quia ex apposita licentia, illius maectia cessabit. Et idem est, cum tibi facultas concedatur donandi, vel accipendi numeros, nullo modo in voto pauperatis dispensatis, quia huius dispensatio solum est Pontificis argumentum, texti, in cap. cum ad monasterium de statu regule, circa fin. Suarez n. 11.

Inferitur quinto, dispensationem differe à legis abrogatione, & derogatione: in eo quod abrogatio est cassatio totius legis, tam quod materiam, quam quod personas. Derogatio vero est cassatio legis pro aliquo tempore, vel pro aliqua parte communis, vel pro aliqua parte legis, si lex secundum materiam habeat latitudinem: constat ex l. derrogatur, 10. ff. de verborum significatis. Et ex l. derrogatur, ff. de reg. iur. ibi, derrogatur legi cum pars detrabitur; abrogatur, cum prosus solitus, Sanchez lib. 8. disp. 1. num. 1. Salas disp. 10. sect. 1. circa princeps Suarez n. 12. Basil. n. 5.

Inferitur sexto, dispensationem differe à priuilegio, quia dispensatio semper est contra ius: at priuilegium non est semper contra ius, sed sapè præter ius. Quando vero priuilegium est contrarium iuri, idem est, ac dispensatio, & eodem modo causam requirit, sic Salas sect. 1. circa finem. Suarez lib. 6. cap. 10. n. 3. Basil. n. 5. Sanchez lib. 8. disp. 1. n. 1. Deinde dispensatio sapè non est permanens, hoc est, non est pro vlo pluris repetito contra legem, sed est pro ratiaco actu determinato: at priuilegium semper consistit in facultate permanenti operanti contra legem, ut diximus explicando priuilegijs naturam, & notauit Salas sect. 1. in fin.

Inferitur septimo, dispensationem legis, & dispensationem voti, & iuramenti multum differe. Primo, quia dispensatio in voto, & iuramento nonquam fieri potest valide sine causa: at legis propriæ dispensatio optimè potest, ut dicimus. Secundo in voto, & iuramento dispensat Prelatus nomine Dei, cui est ius per votum acquistum: ipse autem vices suas Prelato committit: in lege autem proprio nomine propriæ dispensat. Tertiò in voto fieri potest communatio, etiam propria autoritate, si sit in melius, & in evidenter æquale, secundum probabilem sententiam: at in lege nonquam potest dati communatio, quia obligatio voti à voluntate ortum habuit, & solum diuinum honorem trespicit, qui cum per materiam meliore, vel æquæ bonam conferatur, potest ex voluntate voluntatis mutari: at legis obligatio ex voluntate legi flavioris pendet, a proximè à sola voluntate legislatoris pati potest mutationem: sic Valquez discur. 1. 8. cap. 1. Salas sect. 1. sub num. 5. & sect. 2. num. 7. Adquero ex supradicti Doctoribus ex iuramento sapè oriti non solum obligationem Deo, sed etiam alteri homini: ut si in favore aliquis fecisset iuramentum, ipseque acceptauit, non poteris communare, illo non consentiente, & licet Prelatus possit relaxare obligationem Deo factam: at sapè non potest obligationem homini acquistam, quia illius vices non habet.

P V N C T V M 11.

An dispensatio cadere possit in his, quæ juris naturalis, & diuini sunt.

1. Explicatur ius naturale tum fundatum in voluntate humana, tum in diuina, tum in convenientia rerum.
2. Aliqua dicuntur de iure naturali non præceptivo, sed concessivo.
3. Ius præceptuum mutari non potest, secus ius concessuum.
4. An ius naturale præceptuum, seu præcepta naturalia dispensari in aliquo casu possint? Proponitur dubitandis ratio.
5. Probabilis sensus in nullo iure naturali cadere posse dispensationem.
6. Satisfundamentum n. 4. adductis.
7. Expenditur quorū præceptorum naturalium possint Prelati facere dispensationem indirectam.

Ius generale voto, quod ab ipsa natura rationali ortum habet; ab ipsa enim natura rationali ortum habet malum à se fatur, non subvenire pauperi, non defendere innocentem, cum possit. Hoc autem ius naturale, aliquando fundatur in voluntate humana, aliquando in diuina omniō liberā. aliquando in sola convenientia cum natura rationali. Ius ergo naturali fundatum in voluntate humana, est iuramentum, votum, matrimoniū, & quilibet alias contractus; natura enim ipsa dictat haec omnia seruanda esse, ex ipso, quod facta sunt. Ius vero naturale fundatum in voluntate diuina omniō liberā est illud, quod ex institutione sacramentorum, & mediorum ad salutem pertinentium promittit; facta enim institutione horum sacramentorum ratio ipsa naturalis dictat honeste, & religiosē esse tractanda. Denique ius naturale ortum ex sola convenientia cum rationali natura est tum affi-

matum,

matissimum, tum negativum, tam erga Deum, quam erga proximum. Affirmatum erga Deum est praeceptum de illius culia, & reverentia. Negativum est, ne falsos Deos colas, ne verum odio habetas. Erga proximum est ius negativum, scilicet illum occidas, & affirmatum, nempe, ut illi subvenias.

2. Primitio secundò aliqua dici de iure naturali non praeceptu, sed concessione, vel probatio. Concedit enim ius naturale bona esse communia, homines esse liberos: non tam praeceptum permanere semper. Item concedit matrimonium, non tam omnibus praeceptum. Item approbat filium succedere pari, & duobus testibus fidem integrè haberi; non tamen praeceptum id esse secundum.

3. Hæc ergo omnia ab hominibus mutari possunt pro circumstantiis occurrentibus; quia non à natura præcipiantur, sed conceduntur. Quapropter etiæ communia retum natura concessa hæc. Squamam enim, insit, de rerum distis, ab hominibus tamquam ob pacem seruandam tolli, vel mutari, aut costrari potuit. cap. ius naturale, dist. 1. & cap. quo iure, dist. 8. & cap. ius naturale, 12. quæst. 1. Item etiæ libertas fuerit à natura hominibus concessa, s. ius antem institut. de iure naturali, gent. & ciuit. At iure gentium aliquando auctoriter, leg. manum fuisse, ff. de iust. & iur. & seruus, institut. de iure personarum. ibi, contra naturam. Item à natura est, ne quis alterius damno locupletetur, neve alienum retineat, leg. nam hoc natura. ff. de condit. in lebit. Et iure naturae ff. derigantur iuris at fæp. res publica ob communem bonum, & pacem seruandam bona viuis alteri tribuit, in quo fundatur viupac, & præscriptio à lege introducta. 1. ff. de viupac. & usupac. Ratio est, quia apèx expedit hæc iusta, & dominia mutari: si enim attenta propria utilitate potest ibi non expedire libertatem, & bona amittere, rēque in seruum tradere, si ammissione illius libertatis, & traditione in seruum graue dampnum vitas, quid mirum ob bonum reipublice id in aliquibus casibus statui potest; ut mutare præcepta naturalia nonquam esse potest expediens, quia nonquam esse potest expediens omittere, quod intrinsecus bonum est, & cuius omisso per se, & ab interasco est mala. Et hinc sit, quare ius gentium mutari potest ius, seu dominium datum à natura, non tam ius præceptum illius, quia præcepta naturæ fundantur in intrinsecis eorum relictudine, & honestate, seu necessaria veritate: & cum essentia rerum variari non possint, non potest iuris præceptum honestas, & rectitudine variari. At ius dominium seu dominia rerum fundantur in ipsiis rebus quæcum sunt variabiles, dominium in illis fundat variari potest.

4. Controversia ergo est, esti ius naturale, seu præcepta naturalia integre mutari non possint, possint tamen in aliquo caso dispensari, vel ab ipso Deo, vel ab homine?

Ratio dubitandi est, quia quilibet legislator in suis legibus dispensare potest, & alteri vices dispensandi committere: cum enim leges ex legislatori voluntate obligacionem fortiantur, potest legislator obligacionem coactare, ac prouide efficiere, ne omnes æquanimiter obligentur. At præceptorum naturalium legislator est ipse Deus: ergo potest in ipsis cum aliquibus dispensare, & alioquin hanc potestatem committere. Et confitio. Sapienter occurrit casus hanc dispensationem expolitantes, ne gubernatio communis deficiat. Ergo concedenda est: hoc enim ratione cogitur (ex legislator humanus in iis legibus dispensari) quia ea, quæ pro communis utilitate, omnibus imperantur, non omnibus expedient. Deinde probatio exemplis Deum per se in his naturalibus præceptis dispensasse, & vices dispensandi committisse: & dispensari enim cum Abraham in occasione proprii filii, Gere. 22. & cum Osee in copula fornicari, Ose. 2. & cum filiis Israhel in solitacione Ägyptiorum, Exod. 12. & potest dispensare in plurimatate vxorum, in matrimonio coniunctivo, & in matrimonio inter fratres, & inter alios, qui iure naturæ sunt contrahentes impediti. Deinde Pontificis communis potestatem dispensandi in votis, & iuramentis, & in matrimonio rato, & in residencia Ecclesiæ, quoniam omnium obligatio ex iure naturæ prouenit. Ergo dare potest dispensatio in lege naturali: & ita defendit: quoniam probabilis Thomas Sanchez plures referens libro 8. de matrim. disput. 6. num. 5. eam tamen num. 6. limitat, vt non de omni iure naturali intelligatur, sed de eo, cuius dispensatio easceratur: sive rectæ gubernacionis expediens. Quod autem hoc sit, non fuis expicata, sed apponit exemplum voti, residencia, & sacrificij in utrueque specie. Vnde videretur ad hæc iusta limitare.

5. Nihilominus dicendum est in nullo iure naturali cadere propriæ & directæ posse dispensationem neque à Deo, neque ab aliis vices ipsius habentia, sic docent Couart, reg. peccatum, p. 2. cap. 6. §. 9. num. 3. Suarez de legib. 2. cap. 14. num. 5. vbi quampulkes relata. & cap. 15. num. 2. & 26. Valquez dist. 179. cap. 1. Basil. de Leon. lib. 8. cap. 2. num. 4. Nauarr. consil. 4. de disponsat. impetr. num. 16. plures quo referunt Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. p. 6. num. 4. et in glossa in cap. 5. non quidam, 25. quæst. 2. ex text. ibi. & in c. prop. iuri de concess. prebenda. Probauit conclusio. Dispensatio est relaxatio legis, eo calu quo lex obligat absque mutatione circumstantiarum causantium obligacionem, sed

dumquam Deus in iure naturali dispensat potest, quia circunstantiam aliquam obligantem mutat. Ergo nunquam potest in iure naturali dispensatio cadere directe. Consequens, & maior propositio ab omnibus admittitur. Minorem probo; quia, que sunt de iure naturali, habent intrinsecam honestatem, & debitam decentiam per conformatiōnem ad rectam rationem, sensu omni lege extrinseca: sed rebus omnibus immutatis hanc conformatiōnem Deus mutare non potest; quia essentia rerum est invariabilis, sibiique ester contrarius. Ergo neque potest immutare de hanc honestatem illarum; ergo neque dispensare: quia dispensare est ex voluntate superioris facere licet, quod alias illicitum est rebus omnibus immutatus. Quod si Deo in iure naturali dispensatio non concedatur, à fortiori neque humana potestat est concedenda; quia homo ex se hanc potestat habere non poterat, sed ex Deo: siquidem inferior in lege superiori dispensare non potest, sine eius commissione, cap. inferior, dist. 2. ex Clement. ne Romanis de electione. Vide consuetudo aduersus ius naturale prævalere non potest. cap. cum sancta. de confess. & tradit ibi glossa, & in g. 1. dist. 5. & 9. dist. 6.

6. Neque obstant fundamenta contraria. Ad rationem enim dubitandi respondco, nunquam contingere posse casum, in quo concurguntur in iure naturali dispensare; quia nonnunquam potest esse conueniens facere id, quod de malitia est, vel omittit, quod per se debet. In legibus autem positivis conuenit sepe dispensatio; quia causa, ob quæ fuerit apposita, non sequuntur: citra omnes procedunt. Exempla item adducent non probant dispensare Deum in iure naturali, sed mutare circumstantias rerum, & conditiones, in quibus ius naturale obligat. Pro quo sappondendum est aliqua esse præcepta naturalia immutabiles. quæque in qualibet circumstantia præcepta sunt. Hæc censent esse omnia illa, quorum materia non penderet ex domino Dei, quia sunt mentiti, falsos Deos colere, odio Deum habere. Aliæ vero sunt, quorum materia ex domino Dei pendit. hec, inquit, si Deus viri velis suo absoluto dominio, non obligabunt; quia mutabitur materia obligationis, hæc autem mutatio dispensatio non est. Non enim dispensat res publica in lege reddendi depositum, quando ob commune bonum rediotionem impedit, neque dispensat in lege naturali occidenti hominem, quando ob punitionem delicti commissi mandat occidi. Sic ergo cum Deus Abramam imperavit filium occidere, & Oscam copulari mulieri fornicari, & Israëlis, Ägyptios spoliare, non dispensauit in præcepto naturali occidendi, fornicandi, aut furandi; hæc enim semper iniurabilia manifestantur, sed apposuit conditionem, quia illorum obligatio cessabit, & quia postea nonquam ius naturale negantur occasionem, commixtione corporum, aut spoliacionem. Hæc autem conditio fuit vius sua potestatis dominatio; cum enim ipse dominus sit absolutus omnium creaturarum, tam rerum, quam corporum, & viæ, potest pro libito illis vi, ac proinde spoliare quodlibet, aliove diare, viam occidere, alium conferuare, viam commissari, commixtione alteri denegata. Eodem modo dicendum est de aliis exemplis in illa ratione dubitandi alias: mutari inquit, materia, quia obligatio naturalis cessat, non tamen dispensari directe in illius obligacione, & in voti res videtur esse manifesta: non enim potest Deus facere, ut manente voto, & eius acceptatione, non debeat votum implere; quia hoc est intrinsecus debilitum rationis: at quia potest nolle oblatum acceptare, vel acceptatum remittere, ideo potest obligationem relaxare: remissio autem huius acceptationis dispensatio propriæ dici non debet, quia hæc non est actus iurisdictionis, sed dominij, alia cum Petro promittere, hereditatem aliquam, ipse vero cedetem promissioni, dispensare tecum dicere, quod est imprædicta locutio, & ita non debet concedi, sicut non concedit Suarez de legibus lib. 2. cap. 14. numero 11. Basil. de matrim. lib. 8. cap. 2. num. 9. Salas dist. 24. & cap. 5. fine. Exemplum de residentia codem modo soluitur. Admitto residentiam de iure naturali esse, quies supremus pastor, & rex illius non cessat obligacionem à te contractas, at ipse cedat, & subeat in se onus prouidendi Ecclesiæ necessitatibus; certa tibi obligatio non per dispensationem propriam, sed per remissionem materie, ex qua obligatio configatur: sicut quando solet responsa dissolueris alios contractus legitime factos, non dicitur tunc dispensare, sed potestate sua dominicia vti. sic Valquez dist. 179. c. 3. prop. finem. Basilus num. 14.

7. Sed inquires. Quorum præceptorum naturalium habent plures potest est mutandi materiam, ac prouide tolli ndi obligationem: quod est inquirere, in quibus præceptis naturalibus possit agere humana dispensatio indirecta?

Responde

Respondo breviter, posse cadere dispensationem indirec-
tam in illis omnibus, in quorum materiae habent Praelati po-
testatem dominicium, quia si illa potestate vntur, celsit
praeceptorum obligatio. Exemplis declaro. Quia habet respu-
blica potestatem dominicium circa bona suorum subditorum,
et possit ob necessitatem boni communis ea expendere,
datus rufus, & praeceptio in alienis bonis. Item potest rem
ab uno auferre, & alteri tribuere. At in illis rebus, in quibus non
habent Principes potestatem dominicium, neque etiam
indirecere dispensare, seu naturale ius variare. Quocirca cum in
corpora humana non habeant liberam facultatem disponen-
di, non poterunt mulierem sine contentu illius alteri applicare,
& commixtionem carnalem licet esse. Neque Deus
condonat eis hanc potestatem Principibus secularibus, ne-
que Pontifici summo reliquaque, quia non videbatur expediens
hac illis potestatem relinquere; erat enim non leuis incon-
venientibus expedita. Quia ratione dicit Thomas Sanchez
libro 8. capitulo 16. numero 10. cum innumeris à se relatis Suarez
libro 1. de legibus, capitulo 14. numero 23. Basilis libro 8. de ma-
trimoniis, capitulo 2. numero 16. Pontifici summo reliquaque non esse
potestatem dispensandi in impedimentis iure naturae diffi-
cilius, quia sunt impedimenta erroris, impotentiae, ligamini,
& conanguinatus in primo gradu. Quia licet in aliquo casu
hanc dispensationem concedere videatur expedire: at conve-
niens esse videtur hanc potestatem omnino denegare esse,
ne frequenter, quam per est, illa Pontifices videntur, & via
inutilis aperitur.

P V N C T V M III.

An in iure diuino positivo dari possit, dispen-
satio, & à quo.

- 1 Dens optimè potest in illo dispensare.
- 2 Sed non credendum concedere, nisi per Ecclesia authorita-
tem.
- 3 Non est concessa hac potestas Regibus, neque aliis secularibus
Principibus.
- 4 Propter triplex sententia. An Pontifex in iure hoc dis-
pensare possit.
- 5 Approbat tertio, negans posse dispensare.
- 6 Proponentur quadam obiectiones, & solvantur.

Posso primo, posse Deum dispensare: si enim potestas dis-
pensiendi in propriis legibus cuiilibet legislatori humano
conceditur; quomodo supremo legislatori neganda erat: Et
licet humano legislator non possit pro libito dispensationem
concedere, sed debet causa ad eis dispensandi. At legislator di-
vinus pro libito suo illam concedere potest: quia eius voluntas
est sufficiens causa honestandi dispensacionem: tum
quia est supremus Dominus: tum quia eius voluntas est infalli-
bilis regula bonitatis.

Pono secundum, hanc dispensationem non esse credendum
Deum concedere; nisi per Ecclesia authoritatem constet, aut
per aliam certam revelationem ab Ecclesia approbatam, ex eius-
tim tridem, de renuntiacione, ap. iacob. ex initio de heret. & foliis.
Basil. de Leon lib. 8. cap. 3. num. 1. Suarez lib. 10. de legibus, cap. 6.
num. 1. Salas disp. 2.4. n. 31.

Pono tertio, hanc potestatem non esse concessam Regis-
bus, & aliis secularibus Principibus, quia ipsis non est concessa
alia potestas, nisi temporalis, quia hac sufficit ad gubernationem
politican. Hac autem potestas est spiritualis, & su-
pernaturalis, rite circa spiritualia, & supernatura versans.
Ego. Deinde affirmo non esse concessam Praelatis inferiori-
bus a Pontifice, scilicet Episcopis, Patriarchis, &c. quia vobis
hunc potestatis ritefusus esse debebat, eau quo concessus
est; ac proinde necessarium non erat penes quolibet Prae-
latum residere. Adde dispensationem, hanc esse ex grauioribus
causis, que in Ecclesia contingere possunt. Ego si ad aliquem
pertinet, solum debet esse summus Pontifex, ex cap. maiorum,
de Bapt. sic Suarez super num. 2. & supponunt omnes alij
Dicas.

Quae solidum de Pontifice mouent questionem? An, inquam,
dispensare in hoc iure diuino possit?

In hac re triplex est sententia. Prima affirmat in omni
iure diuino positivo, celsus fidei articulus, posse ex causa gravi,
& regno Pontificem dispensare, sic Panormitanus in cap. pro-
positi de confess. praevara, num. 20. Felic. in cap. que in Ecclesia
de confess. num. 19 & 20. vbi pluribus exortat. & in cap. 1.
de confessione, n. 23. Decius confit. 112. num. 3. & insuper adducto
cap. que in Ecclesiast. num. 44. in nouo. Secunda lento sententia li-
mitata, supradictum. Affirmat namque de penitente Pontificem
posse non in omni iure diuino, sed in aliquo, eo scilicet, in
quo manus Dei obsequium videatur esse, dispensationem con-
cedere, quam in diuinum integrum obliuisci, sic docui Cano
relata de penitent. part. 5. ad finem. Sanchez de marit. libro 8.
disput. 6. num. 6. Fundamenta virilisque sententia ex probacione
Ferd. de Castro Sum. pars 1. Alter.

nostræ conclusionis dissoluuntur; quod si aliqua fuerint, quæ spe-
ciali indiquerint explicazione, postea subiiciemus.

Tertia sententia communis, & verissima est. Affirmat in nul-
lo iure positivo diuino posse Pontificem dispensare. si D. Thom-
as communiter Theologi sequuntur. 1. 2. quæst. 97. art. 4.
ad 3. q. 2. 2. quæst. 88. art. 10. in folio. ad 3. q. quodlib. 4. art. 12.
Suarez plures referens libro 10. cap. 6. numero 6. Salas disp. 24.
sect. 5. num. 33. Basilis lib. 8. cap. 3. n. 2. Couart. 4. deces. part. 2.
cap. 6. §. 9. num. 4. Sylvestrus Papa. quæst. 16. Salmer. tract. 61.
in art. in 4. & 5. difficult. & alij apud ipsos, & facit texus in cap.
sunt quidam, & cap. contra statutum patrum. & cap. omni quod,
& alij 25. quæst. 1. ubi affirmit non esse. Sedis Pontificis aliquid
concede contra Apostolorum statuta, vel aliquid illorum mu-
tare. Ratio est, quia Pontifex non habet hanc potestatem, nisi
a Christo Domino illi sit specialiter commisa. At hac com-
misiō non constat primò ex illis verbis, quodcumque ligaueris
super terram; tum quia illa verba nimis generalia sunt. Ex ver-
bis autem in generalibus non debet inferri concessio rei ita
gravis, & extraordinaria; quia propter eius gravitatem specia-
lem concessionem desiderabatur. Quocirca nunquam intellexe-
runt Pontifices illis verbis esse talern potestatem concessam,
alias sapè vili illa fuissent, sicuti videntur aliis potestatibus ibi
dati, quāque habete agnoscere. Item hæc potestas non cede-
bat in ecclasiacionem Ecclesie, sed potius in illis destructionem;
destruebat enim vnitatem, & firmaret in Ecclesie. Ecclesia
enim per eorum orbem terrarum est via, non vñlum in articu-
lis fidei, sed etiam in religioso cultu, qui in sacrificiis, & sacra-
mentis continetur: si igitur hic religiosus cultus variari posset
decurſu temporis, vix vitias Ecclesie agnoscere. Addo Christum
Dominum nulla alia præcepta possum Ecclesie impo-
suisse, præter illa, que pertinent ad fidem, & ad sacramenta &
sacrificia; si igitur in his admittatur dispensatio, facili Ecclesia
corruere poterit, cum eius fundamenta corruant. Denique nulla
potest excogitari causa legiūm dispensandi in aliquo pre-
cepto diuino, que in omnibus præceptis locum non habeat: at
concedere potestatem dispensandi in omnibus, videatur Ecclesie
vñtati, & stabilitati omnino periculose. Ergo etiam videatur
periculio concedere potestatem dispensandi in quolibet ex
his præceptis diuini. Maiorem probo exemplis, sapè contingat
casus, ut de defectu aquæ parvulus absque Baptismo mortatur,
sapè ut sacerdos non adiut absoluendo. Poterit ergo in his casis
dispensare, ut aqua rotata pro naturali apponatur, & laicus
nomine sacerdotis absoluatur: Absit. Item in aliqua regione esse
potest summa penuria tritici, in alia vini. Dispensat ergo Pontifex,
vt in pane hordeaceo, vel in sicta consecetur? Item ex obser-
vatione sigilli confessionis, graue danum sacerdoti, vel regno
imminere potest. Dispensat ergo Pontifex in tali præcepto?
Quod si in his, & aliis dari non possit dispensatio, in nullo præ-
cepto diuino est concedenda. Quia firmitas horum præceptorum
magis expedit Ecclesia, quam quelibet alia causa, qua pro di-
pensatione illorum excogitari potest.

Sed obiectus primò, ex verbis Christi Domini Matth. 19.
Quodcumque ligaueris super terram, &c. colligunt Doctores
Pontificem dispensare posse in voto, iuramento, & matrimonio
& in matrimonio spirituali inter Episcopum, & Ecclesiam;
sed haec omnia sunt iuri diuini. Ergo iam in iure diuino dati
potest dispensatio.

Respondeo primò. In iure diuino fundato in humano contra-
du benè potest dari dispensatio; quia hoc non est dispensare in
iure diuino, sed in fundamento illius. At in iure diuino absoluto,
& independenti à voluntate hominis qualia sunt, materie, & for-
ma factum, & sacrifici, & præcepta fidei, spei, charitatis,
nullo modo cadit dispensatio.

Secundò respondeo ex illis verbis Matth. colligere Do-
ctores, posse Pontificem remittere nomine Dei obligationem,
voti, & iuramenti, & matrimonij rati, quia ex præ, & vñ Ecclesie
id constat: ar ex vñ, & traditione Ecclesie contrarium
colligunt in aliis diuinis præceptis. Ergo in illis non est admittenda
talis dispensatio, sicuti non admittitur in matrimonio con-
sumato.

Obiectus secundò. Io solemnis religiosorum professione soleat
Pontifex dispensare; sed hoc obligatio videatur esse ex iure diuino.
Ergo in iure diuino debet admitti dispensatio?

Respondeo solemniter in professione non ex iure diuino,
sed Ecclesiastico esse, ut constat ex Bu. la. Ascendente Do-
mino pro Societate Iesu expedita, atque ideo sicut potest causa
existente remittere obligationem cuiuslibet voti Deo facti, ita
potest remittere obligationem professionis. Deinde Pontifex
est supremus, & immediatus Praelatus religiosorum, cui in
obedientia subdant religiosi. Si ergo Pontifex hanc obedientiam
remittit, cessat obligatio voti; sicuti si tibi promitterem
honestitatem sub voto, & tu nolles eam acceptare, vel accepta-
tam remitteres, cessaret in te voti obligatio, quia e slabite ma-
teria voti. Deinde sublata obedientia, tollitur etiam votum
pauperatis, & cafrarum, quæ tacitam habebat conditionem,
dum sub obedientia existet. sic explicuit Basil. de Leon lib. 8.
de marit. cap. 13. num. 5. & lib. 7. cap. 12. in fine. Salas disp. 2.4.
fest. 3. num. 35.

S 3 Obiectus

Obligies tertio. Aliquando Pontifex dispensat, ut minister confirmationis sit simplex sacerdos, cum tamen videatur esse de iure divino, quod si Episcopus.

Respondeo. De iure divino solum est, quod minister ordinarius confirmationis sit Episcopus, non tamen ab aliis, ab aliis enim quilibet simplex sacerdos est ex institutione divina, confirmationis, & ordinis minister: ac proinde cum ex confirmatione Pontificis simplex sacerdos confirmetur, non censetur in iure diuino dispensatus. si Basilius *spr. cap. 3. num. 6.* *Suar. lib. 10. c. 6. num. 10. & 3. om. de Eucharist. disp. 3. 6. sect. 1.* *Salas disp. 5. num. 3.*

Obligies quarti. Pontificem dispensare posse, immo dispensasse in sacrificio, ob virginitatem aliquam causam, ut fieri possit in via tantum specie, vini vel leuis, vel panis. At fieri sacrificium in viaque specie est de iure divino. Ergo iam datur in iure diuino, immediata, & directa dispensatio: sic docuit de hoc exemplo expeditus Thom. Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 6. n. 6.* & ita in *Tutrecr. in e. comp. de conf. dist. 2. & An. 3. p. 13. c. 6. 1.*

Respondeo primo negando Pontificem inquam dispensare, in qua, de tali facto authenticè non constat, immo neque dispensare posse, si Valq. *tom. de Eucharist. disp. 22. 8. per totam. Basil. de matr. lib. 8. c. 3. fine.* *Suar. de Eucharist. disp. 4. sect. 4. & de legib. b. 10. c. 6. n. 21.* & alii apud ipsos. Tum quia non potest à sacrificio exprimare significacionem mortis Christi separata, que videbatur separata, si in via tantum specie fieret consecratio; quia in consecratione *vnu* tantum speciei non fari aperè significatur separatio sanguinis à corpore. Tum etiam, quia non appetet, quare magis in hoc iure, quam in sigillo confessionis, & matrimonio conformatum, & in materia Baptismi, & aliorum sacramentorum, non debet dispensatio, si scelus ponamus in iure diuino esse consecrationem fieri in viaque specie.

Secundo respondeo probabile esse posse auctoritate Pontificis in via tantum specie sacrificium offersti, virginem, graui, & communis bono alieuius prouincia; sed tunc Pontifex non dispensabit in iure diuino, sed declarabit doctrinaliter ad illum causum non se extenderet. Pro quo supponendum est in hac sententia offersti sacrificium ex iure diuino esse: at quod sit in viaque specie, non esse per se ex iure diuino, sed ex iure naturali dictante, si offeratur sacrificium Deo, integrum, & perfectum esse offrendum. Cum ergo Pontifex permetteret in aliquo prouincia sacrificium in via specie offersti, declararet, utique praeceptum naturale sacrificandi integre ad illum casum non se extenderet. sic Suar. *libro 10. cap. 6. fine.* vbi aduerit haec declarationem fieri non posse ab alio præter Romanum Pontificem, quia est res gravissima, & satis dubia.

P V N C T V M I V.

An in lege humana legislator illius possit dispensare.

- 1 Cuilibet legislatori competit potestas dispensandi in suis legibus.
- 2 Pontifex in suis legibus, & in legibus Concilii, & in legibus aliorum Pontificum potest dispensare.
- 3 Episcopus in legibus Synodi dicētane.
- 4 Aliqui limitant, nisi iuramento sint constitutiones firmate, sed repellunt limitatio.
- 5 Secundo limitant, nisi constitutiones transferint in contrarium. *Explicatur limitatio.*
- 6 Tertio limitant, nisi fuerint constitutiones à superiori confirmate. Sed intelligenda est de vera confirmatione.
- 7 An in legibus superiori non referuntur expressè, possint inferiores dispensare? Proponitur prima tentatio.
- 8 Probabilis est hanc potestatem inferiores non habere, nisi expressè, aut tacite concedatur à superiori.
- 9 Satis arg. adducta.
- 10 Non potest Episcopus in legibus Concilii provincialis dispensare, alter, quam in legibus Pontificis.
- 11 Idem dicendum est de Archiepiscopo, qui tali Concilio preficit.

Constat legislatori competere potestatem dispensandi, quia ab eius voluntate pendet legum obligatio. Et idem est de successore in iurisdictione; qui reputatur eadem persona cum legislatore. Et idem est à fortiori de superiori legislatoris, ut ex terminis liquet, si Valquez *disput. 27. de legib. cap. 2.* Bonacina *disp. 1. quæst. 2. p. 2. cap. 5. n. 25.* Azor *om. 1. lib. 5. cap. 1. quæst. 5.* Salas plures referens *disp. 20. sect. 3. n. 16.* & alii statim refendit.

2 Ex hac doctrina sit posse Pontificem dispensare in legibus à se latis, quia est earum legislator, & in legibus Concilii generalis, quia est superior, & in legibus aliorum Pontificum, quia est *rebus* is auctoritas; nullus enim extra Deum limitare Pontificis auctoritatem potest. Addit posse dispensare in lege qual-

iter Apostolica humana, ut in lege ienitij quadragesimalis, in observatione dies Dominicæ, in bigama non ordinando. Quia licet Apostoli in dignitate Apollonica, auctioque prærogativi suorum Pontifices superiores, & excelleantur: at in iurisdictione illis Pontifex inferior non est, siquidem non est inferior Petru, in cuius iurisdictionem succedit. sic alios referens tradit. *Cuart. 4. decet. 2. part. c. 6. 8. 3. n. 6.* *Suar. lib. 10. de legib. cap. 2. 4. n. 2.* *Salas disp. 20. sect. 3. sub n. 16.* *Basil. lib. 8. de matr. cap. 5. n. 2.* *Bonacina n. 8.*

3 Secundo sit posse Episcopum, vel Archiepiscopum in legibus Synodi dicētane dispensare: quia leges synodales sunt leges ab ipsorum Episcopo latæ: parochi autem solum sunt consiliarij, non legitimates. sic Nauar. *in summ. cap. 2. n. 29.* *Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 1. 5. quæst. 3.* Thomas Sanchez *lib. 3. disp. 17. num. 33.* *Ioan. Salas disp. 20. sect. 4. num. 43.* *Suar. lib. 5. cap. 1. num. 8.* *Basil. lib. 8. cap. 5. num. 5.* *Bonacina num. 5.* *Barbola de potestate Episcopi, part. alleg. 34. num. 3.* Quocirca his legibus, quod vim coactinam non arctantur Episcopi, vt bene notauit Basil. *spr.* Aderto non requiri Episcopum esse conferatum, suffici, ut electus, & confirmatus sit: quia potestas dispensandi non est potestas ordinis, sed iurisdictionis, sic Basil. *cap. 4. num. 2.* Sanchez pluribus relatis *lib. 4. in Decalog. c. 37. num. 16.* & 20. *Barbola 2. p. de potestate Episcopi, alleg. 36. n. 8.* & colligitur satis ex e. c. in cunctis, sc. cum vero, iuncta glossa, verb. ad ministracionem, de elect.

4 Limitant tamen aliqui, dummodo constitutiones non sunt à legislatore iuramento firmatae: quia cum ipsi sibi relaxate iuramentum non possit, neque poterit dispensationem legis concedere. sic Sylvest. *verb. dispensatio, quæst. 13. num. 19.* *Sayro Thesauri casuum. tom. 1. lib. 6. cap. 1. num. 11.* *Azor. lib. 5. iurisdictionum. cap. 5. quæst. 7.* *Barbola 2. part. alleg. 34. num. 6.* *Catervum admittendu non est hæc limitatio, siue acque illam admittit Sanchez pluribus relatis *lib. 8. disp. 17. numero 31.* *Salas disp. 20. sect. 4. num. 42. vers. tertio tempora.* *Basil. lib. 5. c. 5. num. 1.* & 5. Ratio est, quia iuramentum semper haber subintelligat conditionem requiritur, hoc est, non esse dispensandum in lege, nisi causa iusta dispensandi interueniat, ut multus probat Farinacius *libro 1. praxis, quæst. 17. numero 15.* Item recem Episcopus dispensare potest in iuramento, siue potest cum suis subditis, ut tradit Sanchez *disp. 3. num. 8.* & nos postea dicemus. Ergo non obstante iuramento poterit legislator in constitutione iurare dispensare, dispensato prius iuramento. Denique iuramentum solum impedit potest, non licet dispensationem concedat: at valorem dispensationis impedit non potest, quia valor dispensationis in lege propria ex voluntate solum dispensantis peccat.*

5 Limitant secundum. Nisi illa constitutio transferit in contractum, & commode alterius; si si constitutio facta sit, ut gaudent inimicitate à tributis omnes, qui ad ciuitatem venerint, vel in ea habitatores, non poterit legitariorum venientes, vel habitantes legis beneficio priuare, sic Sylvest. *verb. dispensatio, quæst. 13. num. 19.* Sanchez plures referens *numero 29.* *Barbola numero 6.* Addit tamen Sanchez, & Barbola ex legisuma causa superueniente posse sibi constitutione contrarieare legislatorem. Verum indiger explicacione hæc limitatio: si enim Episcopus, vel alius Princeps ab eo obligandi illam constitutionem promulget, neque potest potesta conditione ex parte subditorum obligatus manebit, neque potest potesta resiliere, non quia non possit in sua lege dispensare, sed quia non potest dispensare in lege naturali illius obligante seruare contractum inutum. At si Princeps nolit, vel non possit se hoc modo obligare: tunc equidem dispensare posset, quia est dispensatio in propria lege, non in contractu. si Salas *disp. 20. sect. 4. num. 42. limit. 1.* *Basil. lib. 6. c. 5. n. 7.*

6 Tertio limitant: nisi illæ constitutiones à superiori legislatore fuerint confirmatae. Vi si Episcopales constitutiones confirmet Pontifex, non videtur tunc posse Episcopum in talibus constitutionibus dispensare, quia ex illa confirmatione nouam auctoritatem receperunt, & facta sunt, quasi leges Pontificiae. Vnde cum leges Pontificias neque abrogare, neque mutare potest Episcopus, ita neque potest has a Pontifice confirmatas, sic Boter. *de Synd. Episcop. part. 2. art. 4. n. 12.* *Sayros de censura. lib. 6. cap. 1. num. 11.* *Azor. lib. 5. cap. 1. quæst. 7.* *Sanch. disp. 17. n. 30.* *Barbola allegat. 34. n. 7.* At hac limitatio ut verum habeat, intelligenda est de vera confirmatione, quia Pontifex velit confirmationem inferioris propriam sibi facere, sapientem enim solum intendit confirmationem factam approbare, & quasi laudabilem esse iudicare: non autem nouam vim obligandi tribuere. Quod ita præsumendum est, quoties ante approbationem Pontificiam habebat constitutio vim obligandi, nam si ollam habebat, eo quod non erat lata ab his, qui legem statuerit poterant, præsumi debet approbationem Pontificis expulstatam esse pro vi obligandi. Quapropter tenor confirmationis semper inspicendum est, sic Salas *disp. 20. sect. 3. n. 29. circa finem.* *Basil. lib. 8. cap. 5. m. 6.*

7 Difficultas ergo est, an in legibus superiori non refutatur expeditus ergo habent inferioribus Prelati potestatem dispensandi ex suo officio?

Prima

Prima sententia docet Praelatum inferiorem posse in legibus superioribus dispensare, si ei interdictum non sit, sic Anton. I. part. iii. 17. §. 20. Soto in 4. difinit. 27. quest. 1. art. 4. & quo tandem. Couarr. cap. alma. 1. part. §. 7. n. 8. reputat probabile Bonacina dispn. 1. de legibus, quest. 2. punct. 1. num. 27. plures adducit Barbola 2. part. de potestate Episcopi allegat. 33. num. 17. Et probare primò, quia finis habeat facultate non pollicere inferioris gubernationi confundere, quia non debent pro quacumque causa ad Principem recurrere; est enim nimis molesum. Ergo censetur illi concessa. Secundò scilicet referatur superiori tibi dispensationem legis à se constitutae. Ergo non refutatur, censetur illam concedere; alias frustra resenseretur, si ex positione tantum legis refutata esset. Et constitutio ex ep. nuper, de lumen, excommunicari. Vbi dicitur, cum Pontificis non refutetur sibi absolutionem excommunicationis, eo ipso censetur inferioribus Praelatis concedere. Ergo idem est dicendum in dispensatione. Tertio, quia in votis, & iuramentis inferioris dispensari, cum non interdicatur. Ergo etiam in qualibet lege Ecclesiastica, cuius obligatio inferior est obligatio voti, quae est ex iure divino. Quartò in oblatione fidelium, & ieiuniorum, & dispensatione inferioris Praelati, qui non interdicuntur. Ergo etiam in aliis legibus. Denique est ratio à priori, quia qualibet Episcopus in sua diocesis potest quidquid potest Papa in tota Ecclesia, nisi à Pontifice prohibatur, sic Victor, relecti de potestate Ecclesie, num. 2. 8. Sanchez plates referens. 1. de matrim. disp. 61. num. 3. Barbola 2. part. de potestate Episcopi, allegat. 33. n. 17. Est enim pastor ordinatus, cui incumbit regimen sua dioecesis, adequate. Ergo dum non limitatur, nequè ac Pontifex habet iurisdictionem, haec eam ratione. Confessor ordinarius habet potestatem ab eo uenditam omnibus casibus, qui Episcopo, vel Pontifici referuntur non sunt, & quia est ordinarius. Ergo idem est dicendum de Episcopo in dispensationibus concedendis.

5 Nihilominus probabilis existimo nullum inferiorem habere potestatem dispensandi in legibus superioribus, nisi superior expressè vel tacite concedat: sic glossa in cap. eum sagiti, §. 1. vero canonici, de probab. in 6. & in cap. in questione de penit. Couarr. 4. decret. 2. part. cap. 6. n. 15. Ioan. Guicciardini lib. 1. canon. quest. cap. 5. n. 10. Ballius lib. 8. cap. 6. n. 11. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 14. n. 4. Salas disp. 10. sect. 3. n. 20. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 5. n. 9. & lib. 2. disp. 40. num. 1. Barbola 2. part. de potestate Episcopi, allegat. 33. n. 18. Bonacina dispn. 1. quest. 2. punct. 1. num. 17. & alii apud ipsos, & colligunt causas ex cap. eum inferior, de maior. & obedienti. & ex Clement. non Romani, de elec. vbi cauerit inferiorem non posse superioris iura mutare: si autem abesse illius confessio tacito, vel dispensatio dispensationem concedere inferior posse, iam superioris iura sine illius consenti posset mutare. Deinde inferior non potest voluntatem superioris impeditre ipso non consentiente; alias est ipso superiore superior. Ergo non potest concedere di dispensatione ipso non consenteante; quia per dispensationem impedit voluntas superioris intendens obligat. Neque satiscacis, si dicas ex vi officij tibi hanc potestatem esse confessam, dum non prohibebitis; quia alii non bene argueret textus in cap. dilectus, de temporibus ordinis, condemnans Episcopum, quod raro de plures odiis factos conferret, etiam si mandato Metropolitani faceret; quia à iure ei non est permisum, poterat enim replicare, sufficit, quod mihi non sit prohibitum. Adde plures esse irregularitates, & inhabilitates à iure statutae, in quibus neque Episcopi ex proprio munere dispensare, quia non inveniuntur concessæ, etiam non inveniuntur prohibita. Recipiunt ergo expressa, vel tacita concessio. Denique esti glossa in supradicto dilectus, verbo, permissa, censetur in criminibus posse Episcopum dispensare, nisi expressè ei prohibatur. At in cap. 1. de elec. §. de adulterio, de iudicio, cum communis sententia deceas in criminibus adulterio maioribus dari non posse dispensationem, ex quod non repertur concilium; bene tendo in minoribus.

9 Neque obscurum argumentum contraria.

Ad primum dico plures esse causas, in quibus conceditur inferioribus potest dispensandi, quibus sufficiunt prouisus ei gubernationi, de quibus statim dicemus.

Ad secundum referuntur quidem dispensationem, ne venias incilianda in generali concessione.

Ad confirmationem, ex cap. nuper, dico absolutionem excommunicationis concedi, quies non refutatur, secus vero dispensatio, quia absolutio non est contra ius, sed potius iusti conformis; ins enim principi dispensatione absolute: at dispensatio tempore ipsi violat. Item absolutio ab excommunicatione, & peccatis ad bonum animæ ordinatur, idoque expediens faciliter concedi quam dispensatio. Quapropter non solam Episcopum, sed patrochum eti concessa, dum non reseruantur, ut confitentur supra dictum cap. nuper.

Ad tertium dico dispensationem in votis, & iuramentis non esse dispensationem in legibus superioribus, quia nullus dispensat, ut manente voto cesset obligatio, sed est remissio materiae per votum promissa, quam remissionem possunt omnibus.

nes Praelati facere nomine Dei, quies sibi non interdicuntur, quia hoc videbatur expedire communem bonum, eo quod frequentissime occurrit occasio in his dispensandi.

Ad quartum concedo ex tacita concessione Pontificis conuentus manifestata habere inferiores Praelatos potestatem dispensandi in oblatione fidelium & ieiunij, eo quod hi censentur causas satis frequentes.

Ad quintum nego illud axioma verum esse, Episcopum in sua diocesi habere eandem potestatem, ac summum Pontificem pro tota Ecclesia, numquam enim Episcopus potuit committere presbytero sacramentum ordinis, aut confirmationis, quod tamen potest Pontifex, neque potuit dispensare in matrimonio ratio, necne definitio est fiduci, canonizare Sanctos, concede indulgentias absolute & que ad plenariam remissionem, instituere censuras, approbar religiones, & alia huiusmodi, solum enim illa proposicio habere potest verum in his quæ ad communem regimenter spectant, & antequam à Pontifice lex aliqua constitutatur. Nam illa leges constituta ex vi ius limitata est inferioris iurisdictione, vt non possit circa illam lem intramittere. Adeo queris non concedatur inferiori potest dispensandi in lege superioris, expresse censetur denegata: nam licet non deaegetur in particulari, degenerat tamen in genere, eo quod generaliter ius statuat precepta superioris ab inferioribus obseruanda esse, cap. super his, cap. cùm inferior, de maior. & obed. & c. de confit.

10 Ex his infertur primò, Episcopum non posse dispensare in legibus Concilii provincialis, alio modo, quā potest dispensare in legibus Pontificis, quia sunt leges superioris, sic Basilis lib. 8. cap. 6. num. 10. Suarez lib. 6. cap. 15. num. 4. & Doctores referendi corollarie sequenti. Concilium enim provincialis superior est quoilibet Episcopo, vt constat ex tota disp. 18. & ex cap. salmo. 9. q. 3. & cap. graue nimis, de prebenda. Item Concilium provincialis potest condere leges, quas Episcopi obseruerentur, & facere obseruari, vt dicitur cap. sciu olim, de accus. & in Trident. sess. 24. cap. 2. Adeo tempore antiquo Concilium provincialis potestatē habebat cognoscendi de causis Episcoporum, & iudas terminandi, vsque ad definitiū sententiam quod est iudas clatum Concilium provincialis semper fuisse quilibet Episcopo superiori.

11 Infertur secundò. Idem quod dictum est de quilibet Episcopo, dicendum est de Archiepiscopo, qui Concilium provincialis congregauit, non posse, inquam, dispensare in his legibus, quia haec leges non sunt leges latæ à solo ipso, sed sunt leges latæ à Concilio superiore ilius, sunt enim latæ ab aliis Episcopis per modum vniuersi, omnes enim habent votum decisum. cap. sciu olim, de accus. Item Metropolitanus solum habet potestatē supra alios Episcopos congregandi Concilium: vt constat ex Trident. sess. 24. cap. 2. Dicende, quia ab Archiepiscopo ad Concilium provincialis datur appellatio, tanquam ab inferiori ad superiori, vt tradit glossa fin. in cap. de collatione, de appellat. in 6. Cardinal. in Clement. 1. Q. quod etiam in interdictis, num. 1. notab. 1. de sentent. excommunicati, vbi Anchast. num. 5. notab. 5. & tradit Nauar. confit. 6. sub tit. de maior. & obedienti. in nouis, num. 4. Neque obstat Archiepiscopum esse caput Concilij: quia non est caput Concilii quodam iurisdictionem, non enim est in iurisdictione superior ipso Concilio congregato, sed est caput illius quoad vocandum, & congregandum Concilium, & quoad locum sedendi in Concilio, sicut Decanus, & Canonicus senior in Capitulo Ecclesiæ cathedralis. Neque etiam obstat textus in cap. graue, de probab. vbi dicitur: Metropolitanus delictum superioris iudicio relinquitur ex parte Concilij nuntianum. Ergo Concilium non est superior Archiepiscopo. Non, inquam, obstat, quia non dicimus Concilium superior esse Archiepiscopo quodam omnes actus, sufficit, si quoad constitutiones ibi ordinatis futurus sit, ita ut possit Archiepiscopum compellere ad illorum obseruationem. Adeo, esti Concilium non posse compellere Archiepiscopum ad constitutiorum oblatiōnem, proprius eius dignitatis reseruāt, insufficit ut eius oblati compellantur à Concilio, quam compulsionem Archiepiscopos tollere non potest, quia non est Concilio superior: & ita tenet Nauar. supradicto loco, num. 5. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 15. à num. 5. Thomas Sanchez pluribus exornans lib. 8. dispn. 17. num. 36. & 27. Ballius lib. 8. cap. 6. num. 11. & 12. Bonacina disp. 1. quest. 1. punct. 1. num. 14.

PUNCTVM V.

An sint aliqui causas, in quibus inferiores potestatē habent dispensandi in superioris legibus.

1 Proponitur primus casus. Cum lex clausula generali dicit, ut dispensari possit.

2 Limitant aliqui, ut inelligatur de penit. quas alii a legislatore imponere possunt. Sed refutatur.

- 3 Secundus limitant, ne in constitutione Concilij generalis intelligatur. Sed non probatur limitatio.
 4 Secundus casus, in quo censetur inferioribus commissa facultas, cum materia legis lenis est.
 5 Tertius, si casus frequentes sint.
 6 Quartus, quando leges sunt illius provincie propria, non alij communis.
 7 Quintus, in extraordinario aliquo eventu.
 8 Hic casus limitatur ab aliquibus: nisi inferior totam illam necessitatem moderata aliqua eleemosyna, vel diligentia suppleri posse.
 9 Sed non approbo limitationem.
 10 Sextus casus, in quo censetur concessa potestas dispensandi, est, cum est dubium an indigent dispensatione. Et explicatur de dubio probabili, & negativo, quando dispensatio necessaria non est.
 11 Septimus est, si consuetudine prescribatur inferiores in lege superiori dispensare posse.
 12 Hac potestas, inferiorum in supra dictis casibus ordinaria est. Et inferiorum aliqua notoribus.
 13 Non pendet hac potestas a Capitulo.

Respondeo plures a Doctoribus assignari. Primus est, si generaliter concedatur facultas: hæc autem concedi potest verbis expressis, & de his nulla est dubitatio, uti conceditur in Trident. *Sess. 4. cap. 6.* pro casibus oculitis etiam Pontifici reseruatis. Potest item concedi verbis aliquo modo dubiis, qualis sunt, si in lege ipsa additus imperfonsaliter dispensari posse; tunc enim censetur inferioribus concedi facultatem, quia illa verba ad alium præter legislatorem referuntur, & non superflua sint. De legislatore namque dubitari non poterat posse in lege sua dispensare. Ergo illi non est intelligentia commissa facultas. Ergo pro aliis venit intelligenda. Item potestas dispensandi amplecti interpetrandam, ut in fine huius disputationis diceremus. Ergo pro aliis a legislatore interpretari debet: & ita tradunt glossa fin. in cap. penult. de panis, & in cap. postulasi, verbo dispensatur, de clericis excommunicato ministris. & in cap. quisquis, de electi, Innocent. in cap. dilectus, de temporibus ordinis. Feceamus in cap. aliis clerici, & de adulteriis, & de iudeis, n. 1. innumerous refentes Sanchez lib. 8. disp. 5. n. 1. Salas disp. 10. sed. 3. num. 21. Barbola 2. part. allegat. 33. n. 22. Suar. lib. 6. cap. 14. n. 8. Bonacina disp. 1. q. 2. punt. 1. n. 17. versic. addis Sylvest. Basilius lib. 8. cap. 6. n. 5. & alii apud ipsos. Neque obstat texus in cap. cum ex eo, de electi, lib. 6. & cap. 1. de iudeis, & qualitate, eadem lib. vbi concessa facultate dispensandi additur Episcopis, quæ additio videtur superfluere, si vera est doctrina tradita. Non. inquam, obstat, quia sapientia in concessione additur Episcopis, ut omnino dubitatio tollatur, quæ illi potest Episcopis non nominatis, hoc enim ratione in Trident. dicitur *sess. 24. cap. 6.* licet Episcopis dispensare in omnibus irregularitatibus oculis, &c.

Hanc doctrinam limitant aliqui, ut intelligatur de personis, quas alij a legislatore impone posse. Nam si peccatum solus Pontifex imponere posset, solus ipse censetur habere potestatem relaxandi, quia illius est solutio, cuius est ligare. At hæc limitatio omnino rejicienda est, si ab ipsorum legislatore relaxandi potestas concedatur; quia rationes supradictæ omnino pro hoc casu limitant, ut recte cum aliis notauit Sanchez *disp. 5. n. 4.* Basilius *n. 6.*

Secundus limitant, quæ intelligatur de constitutione Concilij generalis, sed Pontificij. Nam si sit Concilij generalis, affirmant plures, quos refert Sanchez *n. 5.* nos posse inferiorum Praestatum dispensare, nisi claris verbis illi committatur, & docuit Barbola 2. part. de potestate Episcopi, allegat. 8. n. 2. & 24. Mouentur, quia iam illa verba quibus permittitur dispensatio in illa constitutione, habere possunt aliquem effectum, quoniam inferioribus concedatur dispensandi facultas, Primum est, ut si abroganda sit, non sit necesse fieri illius specificatio mentionem. Secundus est, ut Pontifex facilius dispensationem concedat. Verum neque hæc limitatio admittendum est; quia si in illa lege permittitur dispensatio non legislatori, qui tali permissione non indiger, sed alii permittenda est. Adde etiam ista haec permissione, indiger conciliaris constitutio expressa illius mentione, ut adrogetur, ut ex his, quæ adducit Barbola sibi, colligi facile potest, & ita tenent plures refentes. Cuart. *cap. almo. 1. part. 8.7. n. 8.* Sanchez lib. 8. disp. 5. n. 5. Basilius *n. 6.* Tertiò limitant, ut intelligatur in constitutione ligante subditos, fecus si ipsum dispensatum ligari. Quæ limitatio admittenda est, ne dicamus in proprio facto, & ad propriam uitatem dispensare. Quod est ratione dissidium; & tradit alios refentes Sanchez *num. 3.* Basilius *n. 6.* Ex quo venirint intelligendus texus in cap. 2. de bigamis, vbi cum Episcopo promoventi ad ordines bigamum, dicitur dispensari posse, non quidem ab ipso Episcopo, sed a Pontifice, qui illi depositionis peccatum imposuit.

4 Secundus casus est, si materia legis leuis sit, praesumitur enim legislator inferioribus Principibus potestatem dispensandi concedere. Ratio est, quia esset nimis onerosum ad Principem

in minimis recurire; vel quia in moralibus parum pro nihilo reputatur; vel tandem, quia commissa iurisdictione in minoribus, videtur haec minora concessa. Et idem est, si lex non obligat ad culpam mortalem, sed solum ad venialem, vel ad nullam, ut contingit in religionibus, quia co ipso, quod legislator noluit obligationem rigorosam ponere, judicavit rem tanti momenti non esse, ut dispensatio ipsi manet referenda, sic Caetanus *quaest. 97. art. 4.* Emanuel saa verbo dispensatio, n. 9. Salas disp. 20. sed. 3. num. 22. & 23. Suarez lib. 6. cap. 14. n. 9. Bonacina disp. 1. quaest. 2. punt. 1. num. 17. Basilius lib. 8. cap. 6. num. 7.

Tertius casus est, si casus frequentes sint; quia non est presumendum legislatore veille, ut pro ipsis decidendas ad ipsum sit recursum, esset enim nimis onerosa gubernatio, si gubernatoris in his potestem dispensandi non haberent. Vnde in his admitti potest illa viuierialis dispositio, Episcopum posse dispensare in omnibus sibi non prohibitis. Quæ ratione diximus habete potestem dispensandi in votis omnibus, obseruatione factorum, & ieiuniorum, sic Caetan. 2. 2. 9. 243. art. 4. Nanar. cap. 21. n. 21. Eman. Saa, Salas, Suarez, Bonacina, Basilius *supra.*

Quartus casus est. Quando leges non sunt communes alii provinciis, sed proprie viuis; tunc gubernatori illius provincie censetur data facultas in illis dispensandi. Tunc quia ea, quæ sunt propria aliquius loci, vel communis sunt minus nota Principi, cap. 2. de confit. in 6. Ergo credi potest commissam esse gubernatori proprio, qui pieorem illius loci habet noticiam. Quia eo ipso, quod arctat lex pro foli illa provincia, vel congregatione, censetur inducere conditiones legis ab illa provincia factæ, ac proinde dispensari à gubernatore possit causa intercedente, sic Caetanus 9. 97. art. 4. *Solutus 1. de infit. 9. 7. art. 3.* Valenc. 1. 2. disp. 7. quaest. 5. punt. 9. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 15. quaest. 7. Verum mihi probabilius apparet non interfici satis potestem dispensandi ex eo solum, quod lex pro illa tantum communitate lata sit; quia lata est absolute à legislatore supremo neque inducit conditiones legis municipalis, siquidem abrogari a gubernatore non potest; hec poterat lex ab ipso facta, item est ea, quæ propria sunt aliquius loci, Iupremo Principi nota fatis non sunt: at eo ipso, quod legem potuerit pro illa communitate cognovit communitate indigere illa lege. Ergo etiam potest vello cognoscere, quando egas dispensatione; alij non omni lege viuierali ex hoc argumento posse inferri quilibet gubernatorum dispensare posse; quia dispensatio non generaliter convenientiam totius communis ligata per legem, sed speciale illius, quo cum est dispensandum, attendit; quia tamen convenientia Iupremo Principi minus nota est, quam speciali gubernatori. sic docet Suarez lib. 6. cap. 14. num. 10. inclinat Salas disp. 20. sed. 3. num. 22. & 23.

Quintus casus est, in extraordinario aliquo eventu, quando viger necesse dispensandi, estque periculum in mora, neque faciliter ad legislatorem potest recurreri: siue lex sit de matrimonio impediendo, vel de aliqua irregulariate, vel referente voti, aut similium. De omnibus his afferuntur posse inferiorum dispensare, si virgatæ necessitas; quia tunc ex praefata voluntate censetur censetur inferiorum commissa dispensandi facultas. Negare enim in his casibus potestem dispensandi, videtur esse contra charitatem, & suauem Ecclesiæ regimen, & communem bonum, quod non est prælendum. Additæ sapientia abolutionem aliquius criminis referunt Pontificis sibi, præterquam in mortis articulo: & tamen si ad Pontificem recurrit non sit, potest Episcopus absolutionem concede. Ergo ex necessitate virgini prælumi potest potestas concessa dispensandi, si relatis multis docent Thomas Sanchez lib. 2. disp. 40. num. 3. & lib. 8. disp. 6. num. 10. Salas disp. 20. sed. 3. num. 25. Suarez lib. 6. cap. 14. circa finem. n. 10. Basilius lib. 8. cap. 6. n. 7. Bonacina disp. 1. quaest. 2. punt. 1. n. 17. Vasquez disp. 17. 8. cap. 2. num. 16. Barbola 2. part. de potest. Episcop. allegat. 33. n. 17. & alleg. 35. & n. 3.

Hic casus adhibet Vasquez supradicta limitationem, ut intelligatur, nisi tota illa necessitas suppleri possit aliqua moderatione eleemosyna, vel diligentia facta ab ipso Episcopo: tunc enim affirmit Vasquez non posse Episcopum dispensare in lege Pontificia, sed debet pauperem dispensandorum suppleri: consentit Bonacina *supra.* punt. 1. circa finem. Mouentur, quæ illa non reputatur necessitas, siquidem ita faciliter suppleri potest. Et confirmator exemplo simplicis Sacerdotis, qui secundum probabilitatem sententiam non potest periclitari beneficium absolucionis impendere præsentem proprio Sacerdotem, vel non petitabat ab illo prius licentia.

At hæc limitatio mihi non probatur, sciatque neque probatur a Thoma Sanchez lib. 4. summ. cap. 40. n. 39. versic. secundo limitantur, & Salas disp. 20. sed. 3. n. 27. Mouentur, quia nullus ex innumeris Doctoribus, qui hanc potestem inferiori concedunt, huius limitationis meminerant, praxisque Ecclesiæ illi aduersaria. Item, quia licet Episcopus suppleri suis sumptibus posset necessitatem illorum, quibus concedenda est dispensatio: at non videat obligatus illam hoc modo suppleri, quia neque

neque obligatur ex virtute misericordiae, cum dispensandus non indiget; (ut suppono) ad sui suspensionem illis sumptibus, neque obligatur ex proprio munere Episcopi; quia minus Episcopi est dispensare cum subditis, quando ipsi necessitate dispensatione vigenit, non tamen illius munus est impedita necessitate dispensationis suis sumptibus. Et per hanc solutum ratio contraria. Ad confirmationem concedo, presente proprio Sacerdote, non posse simplicem, beneficium absolutionis impendere; quia prius simplici constet nolle Sacerdotem proprium absolutionem concedere, quia vnde tunc non constat absolucionem virginis necessitate. At sicut nolente proprio Sacerdote non tenetur simplex pecunia inflectere, vnde sit, neque si absens sit, tenetur sumptus facere, ut veniat, quia ipso non incumbit tollere necessitatem, sed solum incumbit potesta necessitate absolutionem concedere. Ita in presenti dicendum est.

10. Sextus casus est, cum dubium est, an casus indiget dispensatione? Et quidem si dubium sit negotium, non excudens probabiliter, certum esse debet posse dispensandam abesse dispensatione operari; nulli enim morali periculo se ponit, scimus opinionem probabilem. sic Bonacina disp. 1. q. 2. p. 1. num. 18. & multis relatis Barthola 2. part. de potestate Episcopi, allegat. 3. n. 18. Si at dubium sit negotium, neque valet iudicium probable efformare tibi dispensationem superuacuum esse in calci casu; existimat Bonacina (opra), dispensationem petendam esse à Sede Apostolica; ne exponas periculo faciendo contra legem superioris: & quia praxis ita obtinuit. Ceterum nulli probabilitas apparet; si ergo dubium sit an casus indiget, vel non indiget dispensationem, reputandum est non indiget, quia tunc est praesumptio pro liberate: neque aliqui mortali pericolo faciendo contra legem exponeris; si vero inclines te indigere dispensatione: adhuc existimare te repudiari posse non indigere illa, quia non debes censeri lege adhucitius, quovalque de lege tibi certo moraliter constet. Concessio ramen gratis in illo dubio tibi esse necessariam dispensationem, existimo Episcopalem sufficere: tum quia non videtur Ponitifici referatus casus dubius, sed certus: cum quia potestas dispensandi latet inter pretanda: & ita tradit Emanuel Saia in veraque editione, verbo dispensatio, num. 1. Salas reputant probabilem disp. 20. f. 3. numero 18. Barthola supera n. 19. & loquentes de voto referunt tradit. Suarez tom. 1. de relig. lib. 6. de vote, c. 2. n. 6. Sanchez lib. 4. in Decalog. cap. 40. n. 6.

11. Septimus casus esse potest, si confundetur praescribatur inferiorum in lege superioris dispensare. Nam confunditur legitime prescripta iurisdictionem concedit. vt constat ex dictis de confundendo & tradit. cap. cum contingat, de foro compensis, & aliis libi per glossam. Ex quo sit patochos, quibus de iure non competit dispensatio, dispensare soleat in festorum, & ieiuniorum observantie; videbatur enim maximè necessitas illis haec potestas ob frequentes casus expofulantes hanc dispensationem, sic Sanchez libro 8. disp. 9. num. 27. Suarez lib. 6. cap. 14 in fine. Basilius cap. 6. num. 8. de officiis. Ad huiusmodi casum sedules potest potest, quam singuli Episcopi habent pro sua diocesi dispensandi in legisbus Concilii provincialis. Eram enim maximè expeditus hanc illis Concilium facultatem concedere, ne subditus obligari esset pro dispensatione obtinenda ad Pontificem recurrere, vel alios Concilium provincialia expectare. sic docuit Suarez lib. 6. cap. 15. numero 7. Bonacina disp. 14. q. 2. p. 1. num. 14. Neque valer dicte Archiepscopum hanc potestem habere, quia neque à iure illam habet, cum sit inferior Concilio, sicut reliqui alii Episcopi. Neque à Concilio iouenit et aliquo modo specialiter commissa. Quocirca dicendum est quilibet Episcopum pro sua diocesi commissari. sic Suarez, & Bonacina supra, & multis exornat Sanchez disp. 17. numero 35. & seqq. & Salas disp. 20. f. 3. num. 46.

12. Adiutor hanc potestatem inferiorum dispensandi in omnibus supradictis casibus debere dici ordinariam, potius quam delegatam: tum quia conceditur ratio minoris, & officij; tum quia est perpetua, que sunt conditio iurisdictionem ordinariam confluientes, vt tradit glossa in cap. finem, de offic. ordin. Felini, in cap. liet. eadem tit. plutes referens Couart. 3. variante. 20. n. 6. & 10. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 40. n. 14. Suarez lib. 6. cap. 15. num. 1. Basilius lib. 8. cap. 6. num. 9. Ex qua sententia primo potestatum, quā habet Legatus ad dispensandum in legisbus, & votis, ordinariam est, quia est annexa illi officio, & muneri in perpetuum. Sumitur ex cap. quod translatio de officio legati, & tradit Panotitaus in cap. ultimum, de transactionibus, num. 3. Speculator tie, de transactionibus §. configuratur. Suarez, & Basilius supra. Secundum iudicetur potestatum, quam habebit ex privilegio superioris religionum ad dispensandum cum religiosis, & ad illos absolucionem, esse etiam ordinariam, & non delegatam, quia est in perpetuum concessa: sic ex Collector. priuilegiorum fratrum Minorum, verbo absolutionis ordinaria quoad fratres, in fine, n. 27. dub. 2. tradit Basilius supra num. 9. Tertius inferior potestatam delegare, sic Suarez, & Basilius supra. Emanuel Rodriguez tom. 1. q. regul. q. 22. n. 11. circa fin.

13. Adiutor secundo, hanc potestatem dispensandi concessam Episcopali, & omnibus illis, qui Episcopali gaudent iurisdictione, non pendere à Capitulo in cuius r. u. Ratio est, quia nulli inventus est apposita talis dependentia, sed potius cum Episcopis concedit dispensandafacultas, illis ab voluntate concedit nula facta mentione Capituli, vt constat ex cap. 2. f. clericis, §. de adulterio, de iudeo, & aliis multis à glossa ista, & Trident. f. 14. cap. 7. & f. 24. cap. 6. de reformat. Additum est iure confessus Capituli requiritus est ad dispensationem (quod non probo) iam confundendo abrogatum est, sic aliis teatis docet Suarez libro 6. capite 15. numero 10. Basilius libro 8. capite 5. num. 4. Neque obstat, si dicas in rebus arduis debere Episcopum Capituli consilium expofulare ex text. in cap. penalis 15. q. 4. 7. & capite quanto, de his, quae sunt à Prelato sine consensu Capituli. Nam, vt supradicti Doctores docent, dispensatio non est ex rebus arduis, quae huiusmodi consenserunt, vel consilium requirunt; solum enim consensus Capituli requiritus est quando veller iuri proprio, & indemnitati Ecclesie, seu Capituli decorgare: quod non est, quando dispensat cum irregulari ad ordines, vel beneficia & alia similia.

P V N C T V M . V I .

Qui habeant potestatem dispensandi in poenis à lege statutis, vel ab homine lati.

1. Explicatur quies.
2. Legislator imponens panam, & ante patratum delictum, & post illud, dispensare potest.
3. Poena annexa delictum non possunt inferiores impedire.
4. Poena legi statuta, & que executioni mandanda est per indicem augeri, seu minus non potest ab eo, sine causa.
5. Apponunturis limitacione superiori doctrina.
6. Post latram sententiam, & panam inficiatam nullus index inconsulto Princeps potest augere; vel minovere panam, speclatio inre civili. Secus tunc canonico.
7. Hac potestis competit Capitulo Sede vacante, & omnibus illis, qui Episcopali gaudent potestate.
8. Inferius corollarium maxime notandum pro Pralatis religiorum.
9. Limitatur doctrina, dummodo dispensandus paenitentiam per aliquot dies egerit.
10. Pralatus secum dispensare non potest in pena, quae illi per sententiam est imposta.
11. Item debet fieri dispensatio absque tertij praejudicio.
12. Non extendatur hac potestis ad crimina adulterio maiora.
13. Religiosus condamnatus à Reclere, non potest provincialis reuente Reclere panam tollere.

Non est animus per omnes penas significatione diffundere; quae enim omnes materias morales huius disputationi immixtare. Solum intendit tradere generalē doctrinam dispensationis pro pena contractis. Potestis ergo dispensandi, & sumi potestis ante personam contractam, vel post illam incusum. Deinde loqui possimus de legislatore imponente illam personam, vel de inferiori, aut superiori illius.

2. Dicendum ergo primò est legislatorum supremum qui que penam delinquentibus imponit, posse dispensare, sive ante patratum delictum, sive post illud cum delinquentibus, ne personam à se statutam contractant, neve contractam retincent; quia dispensat in tua legi, causus obligatio, & punitio ex voluntate ipsius pendet.

3. Dicendum secundò. Si persona sit à lego, confundetur, vel statuto imposta ipso iure pro aliquo delicto, quæque nullam judicis executionem requiri, nullus inferior legislatore imponere potest, ne committens illud delictum talen personam contrahat, tum quia nulli haberet talen potestatum inferioribus esse datum: tum quia id non erat expedient, cum persona ante commissum delictum detinet, ne committatur. Quapropter nullus dicit posse Episcopum imponere, ne percussions clercorum contrahat excommunicationem, & homicidium committens irregularitatem: tum enim haec persona delictum annexa nulla indigentis executione, sic communiter Doctores. Neque de his est dubitatio.

4. Dicendum tertio, quando persona executioni mandanda est per iudicem, & pena est à lego statuta, non licet iudicis absque causa penam minovere, neque augere, bene tamen causa intercedente. Prioriter partem probat textus, quem mirabiliter dicit Accusus in §. oritur in astheni de iudic. vbi index non debet esse lege ipsa elemosio; & summo ex cap. de causis de off. deleg. & in c. lice. & in glossa, verbo panam pecuniariam, de pena & probat altos referens Tiriacum de panis, in prefat. num. 1. Menoch. & arbitri lib. 1. q. 9. n. 10. & seqq. Fatimac. praxi lib. 1. t. 3. q. 27. num. 5. Ratio est, quia frustra esset pena constituta à lege, si iudici absque causa licet illam minovere, vel remittere: arbitrio enim iudicis factum constituitur, non potest hoc enim legis autoritatē reueratur, ex cap. iudicet, 6. q. 4. 7. &

ex i. si qua pena, ss de verborum signific. Posteriorum partem conclusionis, scilicet causa intercedente, posse iudicem peccatum à lege statutam remittere, vel minuere, & aliquando augere, docet innumerous referens Farinac. in praxi quæst. 17. n. 7. Menoch. lib. 1. quæst. 96. n. 14. & seqq. Basilius de Leon lib. 8. de matrim. cap. 7. n. 6. Iulius Clarus quæst. 5. vers. viterius quaro, & colligitur aperè ex i. si sevior, vbi glossa. & Doctores, C. ex quibus causis, l. hodie, ss de pen. l. quid ergo s. pena granior, ss de his qui noiantur infam. cap. quoniam frequenter, ss fin. ut litte non constat, cap. at s. clerici, s. de adulterio, de iud. & alibi seqz. Rationem subdit prie omnibus Farinac. quia delicta diversitatem & qualitatibus perpetrantur, pro quantum diversificare aliquando sunt excusabilitia, aliquando grauita. Expediebat ergo iudici pro grauitate, vel levitate delicti penam temperare, vel augere, liquidem à lege temperari, vel restringi non potuit. Neque inde fit (inquit Farinac.) iudicem esse benigniorum legem, ne contra legem venire, vel ab eius dispositione recedere, sed potius legem feruare, que ita vult, atque disponere non solùm in præalibet iuriibus, sed etiam in genere per illam regulam, quod penam est commensuranda delicto, l. sanctus, C. de penis, sicut dignum de homicidio, c. ut clericorum, de vita, & honestate clericorum.

5 Huius conclusionis varias limitationes adducit Farinac. supradicti quæst. 17. per totam, qui omnino videndum est. Tres tamen sunt praincipia. Prima, ut procedat in maioribus magistratibus, sciss in minoribus, qui etiam ex causa non possunt ordinari penam alterare, nisi vel consilio Princeps, vel nisi causa colaret delicto, sic Farinac. n. 67. Menochius lib. 1. de arbitr. q. 96. n. 18. Iulius Clarus q. 8. sub vers. viterius quaro. Secunda limitatio, ut procedat, nisi statutum expressè prohibetur iudici ne penam alteraret, ut in c. inquisitionis, de accusat. in prime, & alibi seqz. tunc nequit contra legem facere, alias frustane est prohibitor, sic Farinac. num. 6. 6. 9. & 70. Tertia limitatio est in penis parti applicandis. Exemplum est in statuto mandante vulnerantem puniri pena ducentorum, quorum centum fisco, alia verò centum vulnerata applicentur, non poterit isto casu pecuniam debitam vulnerato remittere, vel minuere, sic Farinac. n. 61. Menochius dict. q. 96. n. 1. & 2. vbi Menochius ampliat doctrinam ad ipsummet Princepem, qui si de plenitudine sua potestis hanc penam remittere, tenebatur de suo proprio supplice, alia peccatum mortali, cui concordit Grammat. conf. 34. n. 2. Dominic. Soto lib. 4. de iustit. quæst. 5. art. 4. quod intelligendum est, quando sine causa remitteret, nam causa sustinet, scilicet publica virtus, & bono pacis, optimè potest penam hanc delinqutientibus remittere, ut optimè relatis aliis, docet Farinac. lib. 1. praxis, sit. 1. q. 6. & num. 22.

6 Dico quartò post latam sententiam, & penam inflictam, siue fuerit imposta ad instantiam partis, siue ex officio, atrento iure ciuii nullus iudex potest inconsulto Princeps penam impositam minuere, vel augere, aut aliquo modo tollere, quia data sententia functus est officio suo, nec habet ultra quid faciat constat ex l. mortis, q. i. se ferè ss de penis, l. index postquam ss de re iudic. & tradit glossa communiter recepta in liquid ergo, s. pena granior, in verbo onerat, circa princ. ss de his qui noiantur infam. Couart. præf. quæst. c. 35. circa finem, & lib. 1. var. regolat. cap. 9. n. 8. Clarus in præf. quæst. 8. sub vers. viterius quaro. Farinac. quæst. 17. lib. 1. tit. 3. num. 6. 1. Basilius lib. 8. cap. 7. n. 7. At tento iure canonico poterit iudex post latam sententiam penam minuere, vel aliquo modo in illa dispensare, præcipue si ex officio in causa processum sit argumentum. textus in cap. commissi. s. necon. de heret. in 6. & habebat c. at s. clerici, s. de adulterio, de iudic. vbi clericum confessum, & coniunctum de adulterio, & ob id depositum ab officio, potest Episcopus potesta penitentia restituere, tradit Alciat. ibi n. 2. Tiraquel. de penis temperand. cau/a 53. n. 2. Basilius. n. 7. & seqq. Farinac. n. 61. Man. Rodrig. regul. qq. som. 1. q. 24. art. 18. & alij apud ipsum.

7 Aduerdendum tamen est, hanc potestem competit Capitulo Sede vacante, & omnibus aliis, qui Episcopali potestate gaudent, quales sunt Praetati religionum, respectu suorum religiosorum, quia hi nomine Episcopi veniunt intelligendi: & tradit Man. suprad. col. 1. Sanchez plures referens lib. 2. disp. 1. & num. 10. præcipud. num. 12. & 13. & lib. 4. summa, cap. 11. num. 4. & lib. 4. cap. 38. num. 17. Salas de legib. disp. 2. scilicet 16.

8 Ex quo sit, si Praetatus aliquis religionis ob furrium monasterii dilectum, vel mulieris ibi ingressum, vel fornicationem, aut adulterium ibi, vel forta commissum, condemnat religiosum in priuatione vocis actiua, & passiva, & inhabilitate ad omnia honoris officia, potest, si religiosus respicit, cum illo misericorditer dispensate, si doceat expressè Man. Rodriguez suprad. Neque obstat, si penitentia, & inhabilitas apposita per sententiam fuerit, etiam lege aliqua statuta ipso facto, & sub verbis perpetuo, omnino, &c. adhuc poterit Praetatus dispensare, ut relato Abbate, Decio & Marsilio doceat Eman. Rodriguez. suprad. q. 24. art. col. 5, secundum argumentum Basilius de matre. lib. 8. cap. 7. num. 18.

9 Limitanda tamen est hæc quarta conclusio. Primo, ut intelligatur posse Praetatum dispensare cum clericis verbaliter deposito ob adulterium, &c. si penitentiam egerit, quia ita cauetur in illo cap. at sit clericis. Nam antequam clericis per aliquot dies penituerit, non videbit causa adesse dispensationis, nisi forte à populo expostuletur dispensatio, quia tunc videtur necessariò concedenda, vt tradit Manuel illa quæst. 24. § aduertendum, fine, eo quod videatur populo necessarius, vel virilis talis minister: & utilitas publica horsetat dispensationem.

10 Secundū limita non posse Praetatum fecum dispensare, si forte ipse per sententiam priuatus officio sit, aut alia pena multata, quia licet possit cum aliis dispensare, non tamet fecum in his, quæ iurisdictionem coadiuvant, & sententiam concuerant, ut sit in presenti, alias inutilis, & frivola esset sententia si ab ipsomet sententio tolli posset, sic Basilius cap. 7. n. 17. & probat textus in cap. idee. 2. quæst. 6. cap. cum inferior. 26. de maior. & obed.

11 Tertiū limita, ut procedat dispensatio absque praecuditio tertii, si enim tertio ius esset qualitatum, non posset ex dispensatione tolli, veluti si pendente accusationi imperiali beneficium clerici in eventu priuationis, vel post condemnationem illius impetrasti, non poterit Episcopus à te beneficium tolle-re, & dispensatio ad beneficium clericis delinquentis facta de beneficiis obtinendis debet intelligi, non de habitis, & alteri datis, ex text. in cap. quamvis, de script. in 6. vbi restitutio aliquam concessa intelligitur sive praecuditio tertii in iure quæstio, & ex l. quod si minor 25. § non semper, ss de minorib. & tradit Abbas cap. at s. clerici, n. 18. Decius n. 15. Sahagun ibi n. 14. Calderon, conf. 12. de script. quos omnes refert, & sequitur Basilius lib. 6. de dispensat. cap. 7. num. 13.

12 Quartū limita, ut intelligatur posse praetatum dispensare in pena pro adulterio, & minoribus criminibus imposita secus si pro grauiori crimen imponeretur, constat ex dicto c. at s. clerici, s. de adulterio, de iudic. ibi; De adulterio verò, & alius criminibus, qui sunt minoria, potest Episcopus cum clericis posse peradat penitentiam dispensare. Vbi glossa ait, cum concedatur de minoribus, de maioribus per consequens denegatur, & cap. quæst. 25. disp. 25. Neque obstat textus in cap. presbyterum, 50. disp. 25. vbi Episcopus dispensat cum haeretico, quod crimen est longe maius adulterio; quia non dispensat nisi simili causa. Inquisitore, & ex speciali commissione illi facta, in c. ut commissi. s. necon. de hereticis, in 6. Neque etiam obstat textus in c. si quis presbyter, eadem disp. 25. quia sacrilegium non reputatur iusta grava, & repudibile damnatum, sicut adulterium, ut tradit glossa in supradicto cap. at s. clerici. Quocirca iuxta regulam Alexand. III. in supradicto cap. at s. clerici, potest Episcopus, & quicumque alius Episcopalem iurisdictionem habens, dispensare in penis debitis adulterio, fornicatione, stupro, & periuio simplici, & aliis similibus; non tamet potest in penis ob periuio qualificatum, simoniam, incestum, sodomitam, afflannum; quia haec inter gravissima crimina reputantur, tradit Man. Rodriguez quæst. 14. art. 12. cum Couart. 4. decret. 2. part. cap. 6. § 8. a. n. 2. Mando, in prædicto cap. s. dispensans cum incestu. Salcedo prædict. crimin. cap. 6. In his inquinam, penitentem dispensare, si adint condicionea requisi-ta Trid. scilicet 24. c. 6. de reformat.

13 Dico vixim pro religiosis specialiter post latam sententiam, & condemnationem factam à iudice ordinario, v. g. à Rectore Conventus, si velit prouincialis dispensare, vel post latam sententiam penitentiam à prouinciali, velit generalis, id efficer non poterit renuentre iudice ordinario: colligitur ex Trid. scilicet 14. cap. 1. de reform. vbi suspensus ab ordinario non potest Metropolitanus, neque alias contra voluntatem ipsius Praetati suspendencis promovere. Ratio est, ne authoritas iudicantis contennatur a subditis, sic exprestè Man. Rodriguez. tom. 1. quæst. regul. 22. art. 8. vbi adiutari, si condonamus finiter officium suum, posse tunc prouinciale, aut generalē subditum condemnatum à Rectore absoluere, nulla requisita licentia à Rectore moderno, seu ab eo, qui rectum condemnauit, quia tunc authoritas Praetari, qui condemnauit non contemnit, siquidem iam desinit esse Praetatus: quæ erat ratio prohibitionis Concilii.

P V N C T V M VII.

Circa quos dispensatio exerceri possit.

V No verbo respondere possemus, assertentes necessariò circa subditos exercendam esse: cum enim actus sit iurisdictionis, & superioritatem ex parte dispensant, & subiectiōnem ex parte dispensati importat. Et hinc ostitur ratio habitandi.

Quicquam possit inducere hanc subiectiōnem: an idem respectu sui ipsius.

An vagi & forenses respectu superioris illius loci.

An suffraganei respectu Metropolitani.

Aa

An religiosi respectu sui Episcopi.
De his ergo sigillatum est dicendum.

§. I.

Quilibet superior secum dispensare potest.

- 1 De dispensatione indirecta non est dubium.
- 2 Quod leges vota iuramenta probabilis est directa dispensatione posse praalatum secum dispensare.
- 3 Extensio doctrina ad praelatos religiosos, &c.
- 4 In censu non potest secum dispensare.
- 5 Probabile est posse in irregularitate, inhabilitate, & depositio ne ipso iure contraria.

DE dispensatione indirecta nemini potest esse dubium, secum posse superiorum dispensare. Quando enim praetextus in lege ciuij, vel facti concedit dispensationem pro tua ciuitate, sicuti includitur in illa dispensatione pro tua communitate, quia ipsi est pars principia illius debet ergo in illa distinctione includi. Sicut Sotus 4. distin. 22. quas. 1. art. 4. in fine corporis. Ludovicus Lopez 2. part. infrauct. cap. 5. art. 21. Suarez tom. 2. disp. 8. 2. sect. 2. circa finem & loquens de indulgent. 4. tom. diff. 8. 2. sect. 1. n. 20. Sanchez lib. 6. cap. 12. n. 8. Item nemini illi potest dubium posse alteri vices suas committere, qui dispensationem et concedat: tum quia in cap. fin. de poss. & remiss. datu facultas Praelatis exemplis eligandi Confessorem, qui eos absoluat, ne cogant superiorum abentes adire. Sed haec ratio est eadem in dispensatione. Ergo. Tum quia congregatio Concilij decrevit facultatem datum Episcopis (ff. 24. c. 6. de reform. absoluendi, & dispensandi sibi subditis) posse cum ipsis Episcopis à Confessore ab illis electo exerceri. Tuan denique, quia Praelati non debent esse deterioris conditionis, quam subditi, qui prae manibus habent, quo non possint absoluti, & dispensari i ipsi voti debent abente superiore quarete, sic docet innumerous resers Sanchez lib. 8. disp. 3. num. 3. & in Decalog. lib. 2. cap. 11. numer. 11. Suarez tom. 5. de coniuis. disp. 4. sect. 2. è. num. 9. Garcia de benef. part. 11. cap. 1. numer. 1. 2. 9. Augustin. Barboia ad c. Concilij ff. 24. cap. 6. Basil. de Leon. lib. 8. cap. 9. num. 9.

2 Solum est dubium de directa dispensatione, an scilicet quilibet Praelatus possit secum de penitentia in legibus, votis, iuramentis, irregularitatibus, & aliis penis, in quibus possunt cum subditis?

Respondeo, quoad leges vota, & iuramenta attinet, probabilitus eteo superiore l. cum dispensare posse, sicuti potest cum suis subditis; sicuti communis iurantia, ut multos referentes docent Couart. cap. alma. 1. part. §. 1. n. 7. Sanchez lib. 8. disp. 3. num. 6. & lib. 4. in Decalog. cap. 37. num. 40. Salas disp. 10. sect. 3. & sect. 11. Suarez lib. supra de legib. lib. 8. cap. 11. à num. 8. Basilius lib. 8. cap. 4. num. 9. Bonacina disp. 1. cap. 1. part. 1. num. 9. & alij apud ipsos. Ratio est, quia neque ex causa naturali neque est potissimum repugnat aliquem secum de penitentia. Ergo non est negandum superiori. Non, inquam ex iure naturali, quia si inde repugnat, id est, quia dispensatio requirit distinctionem personarum; eo quod sit actus iurisdictionis, & nemo videtur in le ipsum iurisdictionem posse exercere, & ibi ipsi subditi. Sed ex hoc capite nulla est repugnatio, quia iurisdictionis, quae requirit distinctionem personarum, est iuri dictio coactio nemo enim a seipso coquere posset. Item iurisdictionis contentio, quae inter partes fieri debet. Item est iurisdictionis in actu sententiae, nemo enim se ipsum sententiae, condempnare, vel absolvere in aliqua causa potest. At iurisdictionis, quae in dispensatione exercetur, neque est contentio, neque condemnativa, aut absolutiva, sed omnino voluntaria. Ergo non repugnat, vt in le ipsum quislibet exercet. Explico hanc rationem. Haec dispensatio esse potest in lege propria, vel in lege superiori. In lege propria non est propria dispensatio, nemo enim sua lege proprie, & directe ligatur sed ligatur lege naturali dictante non esse exclusum ab observatione sua legis, cum honestam aliquam causam excusationis non habeat, & posito, quod dicere propria lege est ligatus, facillimo nego se ab illa solvere posse, nolens obligari, siquidem ex propria eius voluntate obligatio legis pender. Si vero dispensatio facienda sit in lege superiori, & ex illius commissione, quid obstat superiorum committere suas vices inferiori, ut quocum sibi visum fuerit dispensare cum subditis, vel secum in obligatione eis id facere possit; sic ergo creditur est commissum, ne superiorum decessio conditionis sit quam subditi, et eodem modo deendum est in voto & iuramento nomine enim Dei obligacionem superiores remittere quibus à Deo haec potestas non solum quoad subditos, sed etiam quoad ipsos censorum concessa. Ex iure autem positivo nullibi intentior prohibitum generaliter, superiorum non posse secum dispensare in his que

potest cum subditis. Quocirca, si aliquibi reperiatur prohibatum, ne in se ipsum quis iurisdictionem voluntariam exercet, id est, in materia ambivita, & fraudibus subiecta, non tamen in dispensatione legis, voti, & iuramenti, ut no. ex cap. per nos, de iure patronatus, ibi, nullus se ingenerere debet. Ecclesiastica praelationis officii, & cap. fin. de institutionib. vbi dicitur cum qui beneficium conferre potest, non potest se ipsum influue. Et licet ibi subdat ratio, cum inter daret & accipientem debeat esse distinctio personarum, non est illa ratio generaliter sumenda, sed in illa materia beneficiorum ob inconveniens maximum, quod est, si Praelatus beneficiorum distributor sibi ipsi conferret, vt recte docuit Abbas suprad. cap. num. 5. & cap. ex literis, n. 11. & 12. de probationib. & idem confit ex Clement. 4. de rebus Eccles. non alienand. vbi uno Ecclesie alteri facta de conueni' Episcopi. & Capitulo valet; fecus si ipsi Capitulo uno fieret, eo quod in proprio facto, vt at glossa, in materia ambivita nemo ius sibi dicere posset. In quo sensu explicanda est lex 12. ff. de authoris, confess. tutor, vbi regula iuris est, in rem tuam tuorum auctorem fieri non posse; & alia plura, quae tradiduntur a Gotofredo ibi & 1. 9. ff. de patris Neque obstat ad uerius hanc doctrinam in c. magne, de voto vbi laudatur Episcopus Triensis, eo quod noluit le voti obligatione exceptum indicare ab illo concilio Sedis Apostolicæ, cum videatur id posse eo quod causa voti cessata, vt glossa ait, verbo consilio. Quia nemo iuramentum, vel votum suum debet interpretari Non inquam obstat, quia ibi laudatur, non quia fecit opus necessarium, sed quia fecit opus supererrogationis & maxime decens.

3 Supradicta doctrina extendenda est ad Praelatos religiosos generales, provinciales, priores, rectores, & vice rectores, & qui illorum vices in absentia gerunt; quia hi omnes iurisdictionem habent quasi Episcopalem, sic Sanchez relatis pluribus disp. 3. n. 9. Suarez de legib. cap. num. 11. Basil. num. 12. Salas sect. 12. n. 105. & est expressa sententia D. Thom. 2. 2. q. 18. s. art. 8. Et generaliter id dicendum est de quolibet habente potestatem dispensandi cum aliqua communitate, cuius ipse posse fuerit, confetur & secum posse in eisdem dispensare, ne deterioris conditions fiat.

4 Dixi Praelatum dispensare posse secum in lege superioris, & in votis, aut iuramentis, à se factis, quae potest cum sibi subditis nisi expresse prohibetur. De censuris autem alteri dicendum existimo: si enim censura aliqua ligatus sit v. g. ex communicatione, suspensione, aut interdicto, non potest nisi medio faceret à se electo absoluiri, quia haec tolli non possunt nisi absoluzione, & absolutione est quadam sententia, quam in lepsilon quis exercere non potest. De irregularitate, depositio, & quilibet alia inhabilitate maior est dubitatio, an possit secum dispensationem facere. Et quidem si per sententiam contraherit, certum est non posse illam à se immediae & directe, nec medio aliquo à se electo tollere quia illam collere non potest nisi ex comissione imponentis, quam non est presumendum concedere, alias frustanca esset eius coactio. Et in hoc sensu verissimum est eius esse solutus; eius est ligare, cap. curia inferior, de maior. & obedient. & ita norauit Basil. de Leon lib. 8. cap. 6. n. 6. & cap. 7. n. 17. & sat. colligitur ex cap. at si clerici, & de iude. cap. 2. bigamus.

5 At si pena, & inhabilitas non per sententiam, sed ipso iure incutatur, credo posse Praelatum secum dispensare, sicut potest cum sibi subditis; quia licet per iurisdictionem coactum ligatus fuerit, solvi tamen potest, ex iurisdictione voluntaria, & decessio. Item non tam le ipsum solvit, quam solvit superior, qui penam imponit; ipse enim potest Praelato committere vices (as, vt dispensat in omnibus penis, & irregularitatibus tam secum, quam eum sibi subditis, ex qua commissione ipse secum dispensat. Et ita in hoc casu videntur septem omnes Doctores in principio, huius §. relati. Siquidem absolute controvergent, an Praelati secum possint dispensare in omnibus in quibus possunt cum subditis, & specialiter nominant irregularitates, vt videtur est in Sanchez. disp. 3. curia, n. 4. Quare locum in cau, quo lex tantum efficit praelatis lata, & pena tantum ipsis imposita, ceterum restringendam esse potestatem ut relatis aliis docet Sanchez. disp. 5. n. 3.

§. II.

An vagi, & forenses possint dispensari à superiori illius loci, in quo præsenti resident.

- 1 De vagis nullib. habitibus domicilium est certum. De forensibus dubium.
- 2 Prima sententia docet dispensari posse, nisi brevissimo spacio commoverentur.
- 3 Secunda expostulat, ut illuc confundant animo ibi habi tandi.
- 4 Tertia requirit domicilium.
- 5 Qualibet ex his sententiis est probabilis. Placeat prima sententia in dispensatione legis municipalis, & communis.

6 Pro dispensatione voti iuramenti, aut alterius singularis imponit domini, non acquiritur sufficiens subiectio ex habitatione transactae.

7 In modo neque ex habitatione diurna, si domiciliaris non sit.

DE variis nullibi habentibus domicilium centum est dispensari posse ab eo loci superiori, ubi resident, sicuti & administrari reliqua omnia sacramenta, ratione enim habitationis subiectio, ut bene dicit Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 25. n. 5. & lib. 2. cap. 11. n. 8. & lib. 4. sum. cap. 57. n. 31. Lessius lib. 1. cap. 40. dub. 18. n. 12. De forensibus autem res dubia sunt.

2 In qua re est prima sententia, peregrinos, & forenses, etiam in brevi tempore commouentur, posse a diocesano illius loci dispensari in legibus, votis, & iuramentis, sicuti possunt reliqui alii subditi sic Basili. lib. 8. cap. 5. num. 7. Mecutus quia peregrini ratione habitationis subdantur legibus illius oppidi qua transactae. Ergo non deficit illius subiectio necessaria ad dispensationem obtinendam. Quod si congregatio Concilii, prout refert Fatinac. fess. 24. Trident. cap. 6. declarauit forenses, & peregrinos posse absoluiri ab ordinario loci, quia transiunt, non tamen dispensari non est, quia deficit iurisdictione, & potestas ad concedendam dispensationem, sed quia regulatiter deficit causa requisita. Unde, si causa adest, creditur dispensari posse.

3 Secunda sententia requirit ut peregrini, & forenses possint dispensari in legibus, votis iuramentis, & irregularitatibus, ut illi confundant animo ibi habitandi tempore diurnum, qui animus colligitur factis, si illi confundant expediendi alii negotiis causa, quod breui expediti non potest. Qya ratione dicunt scholasticos Academie ab Episcopo illius loci posse dispensari, sicut possunt reliqui, sic docente pluribus relatis Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 23. num. 12. & 13. Henriquez lib. 6. de penitent. cap. 14. num. 8. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 12. Suarez lib. 2. ac diebus festis cap. 14. & num. 6. & seq. contraria his, quo docet lib. 6. de voto. 11. num. 11. Man. 1. num. summa. nouis edit. cap. 5. num. 5. Ratio principia est, quia ratione habitationis diuini pincipi si conducta sit domus, contrahit qui quasi domicilium, & fortior forum, ita vt possit ibi de alibi gestis concurgiri, vt probat Abbas cap. quod clericis, num. 5. de foro competent. Inconveniens aliis velatis cap. ex parte n. 1. eod. tit. & constat ex I. Iher. absens. S. prondeat. in fine ff. de indic. & l. 2. C. ubi de criminis agi operari. Et ibi glofia, verbo degit. Et quicquid C. si certum petatur. Et ibi glof. verb. veritas. Ergo etiam in rebus spiritualibus, quales sunt dispensationes, acquirentur quasi domicilium ex hac diuina habitatione.

4 Tertia sententia affirmit ad dispensationem ordinariam in legibus, votis iuramentis, & penitus contractis necessario requiri domicilium, neque alio modo subdi potest dispensari peregrinum, & forensem. Sic docet Abbas, Sylvest. Tabiana, Angel. & alii relati a Sanchez lib. 3. disp. 23. n. 12. Suarez lib. 6. de voto, cap. 11. num. 11. Barboza 2. part. de potestate Episcop. allegat. 36. num. 18. Fauent hinc sententia plures declarationes Cardinalium, afferentes hunc forensem non esse subdandum illius diocesani, quoad dispensationem obtinendam, bene tamen quoad abolitionem a peccatis, & censuris, quas declaraciones refert Garcia de benef. 11. part. cap. 10. num. 139. Ratio est, quia visque acquirat domicilium, non censetur vere subditus illius, quia non censetur esse illius parochianus; vt enim est parochianus illius debetur habitare animo ibi perpetuo manendi, sicuti habitat, ubi habet domicilium hic enim animus ad acquiendum domicilium requiritur ex Lxviii. interpr. 25. ff. de capit. & postlim, remef. ibi neque enim satius est. corpore domum quem redire, si mente alienus est, & tradit innumeris referens Sanchez supradictum.

5 Quilibet ex his sententiis est latius probabilis: at vt vetustas cegnatur, aliter de dispensatione in lege municipalis, & communis, aliter in dispensatione voti, iuramenti, & cuiuslibet alterius specialis, impedimenti dicendum existim. Et quidem de dispensatione legis municipalis, & communis, ultimo cum prima sententia, dispensari posse forenem a superiori illius loci, sicuti quilibet alius ciuem quia ad superiori illius loci pertinet vt omnes ibi commorantes legs obseruent. Ergo etiam pertinet, causas perpendere, que carum observationem impedit, vel excusat. Ergo etiam perpendere causas, que pertinet dispensationem concedere: ergo dispensare. Confirmo. Forenem diximus obligari legibus loci illius, qua transit, ne deformitate cauter. Ergo superior loci illius iurisdictionem haber cogendi ad talem obseruationem, Ergo iurisdictionem, vt possit ex causa obligationem, relaxare. Alias forenem detinere conditionis est quilibet incola si quidem efficit obligatus legibus, sicut sunt incole, & non habet recusum ad obtinendam dispensationem illarum.

6 De dispensatione autem voti, iuramenti, aut alterius singularis impedimenti, nullo modo credo ex habitatione transactae acquiri subiectio sufficiens, vt possit a superiori illius loci dispensari, quia haec iurisdictione multum pendet ex confundendis. At haec confundit sufficientem declaratur a congregatione Cardinalium admittente abolitionem pro-

perte eius necessitatem negante tamen dispensationem, quia ita necessaria non est. Ego non debet admitti. Item ex transactae habitatione non contrahitur parochia, vt possit parochus illius parochia matrimonio forensis astire. Quod non leniter colligitur ex cap. 10. quis de sepulta. in 6. vbi is, qui habet domicilium in civitate, vel castro, quandoque ad villam rurali se transferri recreationis gratia, vel vt ruralia exercitare, si non electa sepulta decedat, non in Ecclesia dicta vilie, sed in sua parochiali sepeliri debet. Ecce qua ratione non reputatur parochia ea, in qua breui, & rite auctor quis comoratur: & docet multis referens Menochius vers. 4. confil. 398. Narr. confil. 6. lib. 4. confil. tit. de clandest. dispensat. Denique ordinariis illius loci, eti possit forensibus, & peregrinis brevi tempore consummabit sacramentum Eucharistie, & Penitentie ministare id habet ex concessione proprii ordinarii propter horum sacramentorum necessitatem; iesus vero de sacramentis voluntariis dicendum est. Quapropter Basilius qui affirmabat cum his dispensari posse ordinarium loci, ubi commorantur, subdit id fieri debet virgine causa, vt si contrahendum efficit matrimonium ad restituacionem aliqui damni illati feminis, vel ad legitimacionem filiorum patente existente in mortis periculo, in quibus casibus concederem eos dispensari posse non ex iurisdictione, quam per se habent ordinarii loci circa forenses ad hoc voluntaria, sed ex praesumpta voluntate suorum ordinariorum.

7 Ex habitatione autem diurna, si domiciliaris non sit probabilitas credo non sufficere, vt loci ordinarii dispensationem concedat. Mecutus praecepit ex declarationibus Gardinalium relatis a Garcia. & Farinas super quae de hoc cau expleso loquuntur inquit enim congregatio: Abfoluit ordinarius potest ex decreto Trident. in sacramento penitentiae forenem, qui gerit officium Praetoris, Medicis vel officiis qui habet dominum, commoratur in civitate, vel dioecesi, & in eis Ecclesiastica sacramenta perecipit, non tamen potest cum eisdem dispensare. Item est alia declaratio. Qui non est subditus Episcopi: puta Medicus, Praetor, & similes ceteri qui tantum habitant in civitate, hoc dectero comprehenduntur, etiam si committunt crimina in aliis ciuitatibus. Habita tamen haec distinctione, quod scilicet possit possit absolvi in sacramento Penitentiae a suis crimina, non tamen dispensari. Et ita S.D.N. Gregorius, XIII. audita relatione Congregatio declaravit. Neque obstat dicere non possit dispensare, deficiente causa: seclusus illa intercedente. Nam vel est causa sufficiens, vt concedatur dispensatio ab habente potestate, vel non si non nullus potest dispensare, si adest causa, & est ordinarius sicut est ordinarius ille, ubi hic forensis habet domicilium, cur non potest dispensari? Quod si dicatur ultra causam requisitam ad dispensationem adest causa speciale, vt ordinarius illius loci dispenset cum praesumpta voluntate proprii ordinarii censem dispensationem esse concedendam non ex propria iurisdictione, vt dixit Suarez lib. 6. de voto, cap. 11. fine & Barboza supradictum. 18. Neque obstat texus in cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. vbi dicitur, nullus clericum alienae parochie debet praeter superioris licentiam ordinare. Superior in hoc cau inteligitur, in cuius diecesi promovendus domicilium obtinet. Cum ergo singulariter de sacramento ordinis dicatur in hoc cau superiori debet esse, in cuius diecesi promovendus domicilium habet tacite censetur ad reliqua sacramenta recipienda, & dispensatione obtinendas superiori habitationis saltem diurna sufficiunt non inquam, obstat, quia per illa verba in hoc cau voluit pontifex distinguere sacramentum ordinis, praecepit Penitentie, & Eucharistie, circa quorū administrationem ex habitatione etiam transactae acquiritur iurisdictione. Addit nihil. ibi Pontifex de aliorum sacramentorum administratione intendit disponere, sed solum quid in administratione ordinis seruandum sit, decidit alia relinquit dispositioni iuriis.

S. III.

Quid dicendum de subditis suffraganeis, an possint a Metropolitano dispensari?

1 Resolutus non posse.

2 Enumerantur causas, in quibus potest.

1 Dicendum est non posse quia Metropolitanus non habet in suffraganeos potestatem, nisi in aliquibus casibus a iure concessis, vt dicatur in cap. pastoralis de officio ordinarii, cum tamen exceptis quibusdam articulis nullam habent potestatem. cap. 1. in princ. de foro competent. lib. 6. c. de eo, de off. ordin. & c. nosfr. de penitent. & remiss. ubi conceditur tanquam quid speciale posse in suffraganeis Ecclesiis indulgentias concedere. Signum ergo efficac est alia non posse, & ita tradit ex communis sententia Sylvestri verbo votum 4. q. 3. Sylvestri lib. 6. cap. 11. n. 7. Suarez lib. 6. c. 10. n. 8. Barboza 2. p. de potest. Episc. alleg. 36. fine num. 20. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 9. Thom. Sanchez alias referens lib. 4. summ. cap. 38. num. 11.

2 Basilius

summ. cap. 12. num. 75. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 9.

² Causa autem, in quibus Archiepiscopus cum suffraganeis subditis dispensare potest, sunt. Primus, si per appellationem ad ipsum causam devoluta sit, eo quod nolit inferior dispensationem concedere, sic communis sententia in cap. de officio legale, & cap. duo, de officio ordinari. Secundus, si inferior remissis sit in concedenda dispensatione, & ob eam causam impetratur Metropolitanus potestas, & iurisdictione, etiam si legitima appellatio non interueniat, & hanc causam sufficiere, ut Archiepiscopo iurisdictione defteratur, videtur docere in glossa cap. Romana, de suplenda negligenti Pratali, & Panormo, in cap. ex frequentibus, de institutione. At hoc sufficiendum non est, nisi causa concedendi dispensationem sit ita necessaria, ut teneatur suffraganeum illam concedere, idque manifestissime contiterit, & potorum sit: unde enim illa necessaria si manifeste vicerit appellationis, alius ad Metropolitanum deferri non potest in iurisdictione. Spic tamen non deficere autores, qui solum ex eo quod inferior renunt dispensationem concedere, causa dispensandi incertitudine, posse Metropolitanum auxilium implorari, rebus misericordia dispensare, vel faciat, ut inferior dispenseat: sic docuit Henriquez lib. 14. de regulari, cap. 18. n. 3. Avila de censur. 7. p. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam concil. Sanch. illos referens, & sequens, lib. 4. sum. cap. 38. n. 12. Sed quod diximus tenendum est ut probabilius, scilicet non posse, nisi causa ita necessaria sit, ut male faciat inferior dispensationem degenerans, idque manifestum sit, quia alio modo negligens repudiari non potest inferior, ut loco illius Metropolitanus subrogetur. Tertius causa est, dum Metropolitanus visitat, quia non videtur esse superior. At tunc nonnulli superior ad dispensandum, sed solum ad absolucionem, c. fin. de confis. in 6. Alius potest dimisitores concedere, quod communiter reprobatur, sic tradit Suarez. tom. 5. de censur. dist. 41. sec. 2. n. 12. & sum. de relig. lib. 5. de vot. cap. 10. n. 9. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 11. Sanch. n. 14. Quartus causa est respectu Episcoporum, qui ei suffraganei sunt, quoniam comparatione dicuntur superiori: cum his enim potest dispensare, non solum dum visitat, sed etiam ab tempore, sic tenet Henriquez lib. 14. de irregulari, cap. 18. n. 3. Angel. Anton. Paludan. Sayrus relati a Sanchez lib. 4. sum. 32. 33. 16. quam ipse probabiliter reputat, consenserit Aula de censur. p. cap. 7. disp. 1. dub. 10. concil. 3. & p. 7. disp. 10. dub. 6. notab. 2. Alio tempore, scilicet in tempore visitationis. At credo hunc calum a ministrando non esse, siue neque admittit Suarez lib. 6. de vot. cap. 11. n. 1. Basil. lib. 8. cap. 5. n. 10. Tum quia ex iure non confitit haec potestas, tum quia non est necessaria. Nam vel dispensatio concedenda est, in legibus Archiepiscopi, & his non ligantur Episcopi, neque illius suffraganei: & sic pro his nulla est dispensatio necessaria. Vel concedenda est dispensatio in legibus Pontificis, & Concilii generalis, & in his sequuntur omnibus inferioribus est interdicta dispensandi potestas. Quando vero Archiepiscopus cum suis subditis in h. dispensare potest, & potest etiam Episcopus cum suis subditis, & secundum. Ergo nullus casu haec potestas necessaria est. Et idem est de votis, iuramentis, & iuramentaribus.

§. IV.

Cum religiosis quinam possint dispensare in votis, iuramentis, & poenis.

- 1 De religiosis exemplis procedit dubium.
- 2 Hi religiosi à suis Prelatis, possunt dispensari.
- 3 Ab Episcopo non possunt hi religiosi absque suorum Prelatorum licencia dispensari.
- 4 Si iniuste haec licencia negatur, potest religiosus Episcopum a liete. Secus se iniuste negatur. Et in casu dubio praeferendum est pro superiori.
- 5 Si non potest Prelatus religiosorum adiri, poterit tunc Episcopum.
- 6 Limitatus conclusio: nisi religiosus possit adire intra religione superiore alium Prelatum.
- 7 Quando nullus religiosus Prelatus cum religio dispensare potest, potest ipse de licencia sui Prelato Episcopum adire.
- 8 Ex priuilegiis religiosorum omnes possunt de licencia sui Prelati Episcopum adire pro dispensatione obtinenda, tam si inter communem prohibitum sit.
- 9 Religiosi & secularares subiecti Prelatis ordinum militarium, quibus non competit potest absoluendi, & dispensandi in Trident. concessa, possunt de licencia suorum Prelatorum adire Episcopum.

¹ O quinque de religiosis exemplis à iurisdictione Episcopi, quales communiter sunt hodie omnes, nam si aliqui sunt Episcopo subiecti, reputantur ac alii clerici secularis in ordine ad dispensationem, ita ut nihil in hac parte potest Prelatus regularis, quia non gaudet iurisdictione quam Episcopi, que ad hanc dispensationem concedendam reguntur, sic Suarez lib. 6. de vot. cap. 10. n. 14. & 15. Nauarr. Ferd. de Castro Sum. Mor. pars 1.

summ. cap. 12. num. 75. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 9.

² De religiosis ergo exemplis tenendum est posse ab ipsorum Prelatis dispensari, quatenus est ex parte iurisdictionis; quia eam habent respectu suorum religiosorum sicut Episcopos in clericis, docuit Sanchez n. 3. Nauarr. Suarez, Lessius, & alii plures ab eisdem relati. Quod non solum de superioribus Prelatis, sed etiam de inferioribus, quales sunt conuentuales Prelati, Reatores, vicereatores; dum rectores absunt, respectu suorum subditorum, quia hi iurisdictionem qua Episcopalem habent in subditis; cum haec ramen subordinacione, ut possit corum iurisdictione à superioribus Prelatis limitari, sic Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 5. Quocirca cum religiosus subiectum Prelatu amittit, & eis Prelatu non potest ullam eum illo dispensationem exercere viptate, quae in iurisdictione fundatur. Sic non potest religiosus Prelatus dispensare in votis, poenis, vel aliis inhabilitibus sui religiosi iam Episcopi, quia exemplum est à iurisdictione religiosa. Similiter non potest dispensare cum electo in perpetuum, quia religio illius iurisdictionem abdicavit, & he subditus Episcopo, sicut quilibet alius clericus secularis, Sanchez num. 13. & 14.

³ Difficultas autem est de Episcopo, & Archiepiscopo, an in religiosos exemplis potestatem habant dispensandi, sicut habeunt in secularibus clericis? Et primò tanquam certum tenendum est, ab ipsa licencia sui Prelati non posse religiosum ab Episcopo dispensationem ullam impetrare: quia illa exemplum, quam religiosus habet ab Episcopali iurisdictione, non tam est in favorem ipsius religiosi concessa, quia in favorem totius religionis. Nequit ergo pro suo arbitrio sine voluntate: Prelati huic privilegio cedere, & iurisdictione Episcopali se submettere. Adeo haec renuntiationem cedere in non leue detrimentum religiosi status: et si eum contraria quieti & tranquillitati, & iubicationi debita religioso Prelato, non ergo est concedenda, sic Sanch. lib. 4. summ. cap. 39. n. 27. Basil. lib. 8. c. 5. n. 3.

⁴ Sed quid si Prelatus regularis potest, vel non possit subito dispensationem peccata concedere? potestne tunc religiosus Episcopum adire?

Respondeo primo, si iniuste neget, posse, quia tunc presumitur Pontifex licentiam concedere, & exemptionem tollere, cum enim haec exemplo pro bono religiosis, & religiosi concessa sit, non debet in eorum damnum veri, efficit enim non leue dampnum tam religioni, tam religioso, si negata iniuste licentia cogeneretur religiosus pro dispensatione, vel absolutione obtinenda cugari & Pontificis adire. Debet autem, ut per episcopiam haec licentia Pontificis presumatur, constare subito licentiam à Prelato regulari iniuste negari: nam in casu dubio au iusti, vel iniuste neget, posside lex exemptionis in favorem religiosi facta, ac proinde non potest adiri Episcopus, sic Mol. tom. 4. de iustit. disp. 61. num. 5. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 36. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 14.

⁵ Dico secundò, si non possit Prelatus dispensare cum religioso, eo quod excommunicatus deonticius sit, aut defunctus, aut longe absit, neque est alius, qui eius vice gerat (quod tardu potest contingere) tunc potest Episcopum religiosus diligens dispensatione adire ob rationem dictam; quia presumunt Pontifices ob bonum religionis, & religiosi in hac parte exemptionem tollere, sic telato Henr. Antonio. Sylvestris doceat Sanchez num. 35. Basil. num. 15.

⁶ Vtramque conclusionem limitat Sanchez num. 38. cum Mol. sap. à num. 3. Basilio num. 15. vt incl. iug. calu: quo in Prelato superiori non est potestas abolendii, vel dispensandi, nam si haec esset, debet religiosus prius ad illam recurrere, quia ad Episcopum, qui dum intra religionem, medium quartu potest religiosus, non est censendum Pontificem tollere exemptionem tam quia id nocet debito subditorum subordinationi, tam quia fructuaria est calum resseruatio facta superiori Prelato, si religiosus adire posset Episcopum pro ius absolutione, & dispensatione, quies immedietus Prelatus non potest, vel non vult dispensare. Placit mihi haec limitatio adhibita moderatione, quam Basil. apponit, scilicet, nisi necessitas virgat imperandi dispensationem, & superior Prelatus longe absit, & facili adiri non possit, cui moderatione non videatur contradicere, Sanch. & Mol. supr. a.

⁷ Quod si nullus religiosus Prelatus possit subditum absoluere, vel dispensare, probabiliter existimo de licencia sui Prelati posse religiosum adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione obtinenda, quia adire hoc modo Episcopum non obstat priuilegio exemptionis; siquidem presumi potest fieri ex licencia religiosi collibus Prelato communicata. Nesciit etiam obstat bono regimini illius, & debito subditorum obedientia, cum ex licencia superioris sit. Ergo. Adeo presumi posse Pontificem hoc modo priuilegium exemptionis concedere, scilicet nisi alter visum fuerit. Prelatus expedire. Alius in hoc casu deterioris condicione escut religiosi, qualibet seculari, cum non possit à suis Prelatis, neque ab Episcopo absolutionem vel dispensationem impetrare, sicuti possunt secularis, sed debent necessario contra indicatum evagari, & secundum apostolicam adire. Ne ergo hoc inconveniens sequatur.

De dispensatione legis.

dicendum est de licentia sui Prelati posse Episcopum illos absoluere, & dispensare, sic alios referens Aula de censuris, 2. part. cap. 7. disp. 1. art. 6. Henricus 2 lib. 14. de irregulari, cap. 20. num. vlt. & lib. 6. de penitenti, cap. 1. n. 8. & lib. 10. de sacramentis, ordinis, cap. 20. n. 2. Suarez de ponit. disp. 30. sed. 1. n. 3. qui dicit ita est in praxi receptum, & tom. 5. de censuris, disp. 41. sec. 2. n. 12. plures referens Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 32. Molina. disp. 61. citata, num. 4. Basilius de Leon num. 16.

8 Aduerto tamen, et si iure communis non possent religiosi ex factum Prelatorum licentia Episcopum adire pro dispensatione obtinenda: at ex priuilegiis a Sede Apostolica concessis recte possunt. Est enim omnibus fidei religiosis hoc priuilegium concessum ut testatur Corduba in compendio priuilegiorum mendicant. in suis addit. verbo ab solituus ordinaria quoad fratres, §. 1. & ex illo tradit Sanchez n. 2. Basilius n. 18.

9 Aduerto secundum cum Basil. de Leon illo cap. 5. n. 21. religiosos, & secularis subiectos prioribus ordinum militarium, quibus non competit per eas absoluendi, & dispensandi subditos in cassibus committi a Trident. Episcopos posse de licentia suorum Prelatorum ad Episcopum securare, pro dispensatione, vel ab solitione obtinenda, quia non debent detinoris conditions esse alii secularibus. Episcopos autem (inquit Basil.) ex ille, in cuius dicessi commorantur, aut si nullius dicessis sint. Metropolitanus, tamquam ad ordinatum Metropolis, vel nuntius, qui si potestatem habeat Legati a latere, posse etiam & religiosos quolibet absoluere, quia est legitimus exempliorum superior, vt bene dicit Sanchez lib. 4. summ. c. 39. num. 15. Imo existimat posse hos subiectos remitti ad vicarium Episcopum, etiam illius dicessis non sit. Tum quia ista subiectio sit tantummodo Pratici, quod hunc efficiunt. Tam etiam, quia nisi fuerit priuilegium exemptionis, ad illum iure communi illi exempti pertincent.

P V N C T V M VIII.

De Causa requisita ad dispensationem.

D Ispensatio esse potest in legibus propriis, & obligationibus inde confiugentibus, vel in legibus superioris. Item causa requiri potest, ut licite dispensatio concedatur, & ut validè concedatur.

§. I.

Quæ causa requiratur pro dispensatione propriæ legis.

1. Ut valida dispensatio in propriis legibus sit, nulla causa requiritur.
2. Sine causa concedens dispensationem peccat.
3. Probonitus obiectio, & soluitur.
4. Aliquibus placet hoc peccatum mortale esse.
5. Probabilis est esse tantum veniale.
6. Quid dicendum de Principe sine causa dispensante.
7. Viens ne dispensatione sine causa data, an peccet: Placet aliquibus venialiter ad minus peccare.
8. Probabilium credo nullum committere peccatum.

1 Prima regula sit, nullam causam requiri, ut valide legislatorum in proprio legi dispenset: sic tenet innumerous referens Salas disp. 20. sec. 4. num. 37. Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 14. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 19. num. 6. Basilius lib. 8. cap. 14. n. 7. Couart. 2. p. de matr. exp. 6. §. 9. num. 8. Ratio est, quia voluntate Principis lex constituitur, & ex illa integrè pender eius obligatio. Ergo si Princeps velit ab obligatione excusat aliquos, alii obligati manentibus, excepti erunt ab obligatione, quod non solum verum est in supremo legislatore, sed etiam in quolibet alio inferiore respectu propriorum legum. Nam ratio facta æquè de omnibus probat. & ita docet Sanchez illa disp. 17. num. 27. Salas sec. 1. num. 42. Basilius n. 7. Quocirca Episcopi, & Archiepiscopi de peccato in legibus suis, vel Synodi dicessant causa sine causa valer, etiam si leges iuramento firmata sunt; quia est per iuramentum committit: ut dispensatio, ut pote in re propria, & in propria voluntate tener. Adeo secum posse iuramento dispensare. Deinde est valida dispensatio propriatum legum, esto confirmata sicut à Pontifice, dummodo confirmatio solum sit approbativa, non authoritativa, qua illas leges sibi Ponit proprias facit, ut notat Salas, & Basilius supra.

2 Secunda regula sit. Legislator dispensationem sine iusta causa concedens peccatum committit, sic D. Thomas communiter receptus 1. 2. que. 97. art. 5. Valquez disp. 178. cap. 3. & 4. Sanchez lib. 8. de matr. disp. 18. n. 3. Salas disp. 20. sec. 5. n. 50. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 18. n. 4. & alii in numeri ab eisdem relati: neque contrarium, ut probabile defendi potest.

Et probatur ex l. 4. in principe de damno infest. ibi prætorem posse definitum terminum ex causa dare, & ex i. eleganti, in fine. if. de paucis, ibi. Nemo potest commutatum remedium dare exili. nisi Imperator ex aliqua causa ad dem colligitur ex texti, in cap. quod pro remedio. & in cap. necessaria, quæst. 7. & præcipue ex Tid. s. 23. cap. 16 de reformat. & l. 24. cap. 5. loquens de matrimonio impeditis, vel nulla, inquit, dispensatio deitur. vel raro, idque ex causa, & l. 25. c. 14. perit causa ad dispensandum, & cap. 18. dicitur, quod si virgines, iustaque ratio, maiorque quando ex profuturae, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita; & summa cum maiestate ad quibuscumque ad quos dispensatio pertinet, præstandum est. Et ratio est manifesta, quia si Princeps sine causa ab obligatione legis communis exitim, in qualitatem facit, & aliquo modo viuum acceptio personam commitit, & occasionem alii præber querelas eformandi, cum videant se esse sub onere legis, à qua si sine speciali causa exemptus es: quia omnia sunt contra rationem. Ergo non potest Princeps, qui debet esse fidelis, & prudens obligationum dispensator, hanc facere inæqualitatem.

3 Neque obstat, si dicas obligationem pendere ex voluntate legislatoris, qui sicut potuit pro libito illam imponere, ita potest eam abrogare, vel dispensare. Quia nunquam potuit absque causa boni communis legem imponere, neque absque illa, vt multi docent, abrogare, neque cum aliquo dispensare, si causa, quæ fatigat mediatè cedat in bonum commune, non intercedat, quia iure naturæ obligatur bono communis proprie, cui non facit consilere, si pro libito ab obligatione legis aliquos eximere posset. Item neque obstat Deum posse pro sua voluntate à legum obligatione aliquem eximere, vt dicimus etiam legislatore humanum id ipsum posse, quia voluntas diuina est summa regula bonitatis, quæ tamen non est humana. Item legislator humana tenetur tam in legis impositione, quam in illius dispensatione bono communis proprie, quia est dispensator bonorum communium, cui tamen bono Deus non tenetur attendere, sufficit, si bono speciali alicuius proprie, quia est dominus omnium. Neque obstat etiam posse Princepem tributa sibi debita debitori remittere ab ille villa alia causa, præter eum voluntatem, & vt illi benefaciat, vt indferas posse à legi obligatione debitorem remittere, quia in remissione tributi debiti habet se Princeps vt priuata persona: at in exemptione à legi non personam priuata, sed communem induit. Tandem non obstat plures dispensationes in gradibus probabilitatis à Pontifice expostulari, nulla tamen causa assignata, quia licet non assignetur causa, non tamen sine causa conceduntur; pro causa enī concessione succedit copiosior elemosyna à dispensato donata in sumptus publicos, scitur pro causa concedendi priuilegium. Bala succedit elemosyna à quilibet Bulla sumente tributa.

4 Sed inquires, quod peccatum sit dispensationem sine causa concedere? Plures affirmant ex genere suo esse mortale, sic Couart. 4. decret. 2. pari. cap. 6. §. 9. n. 7. Manuel Rodriguez 1. pari. summ. cap. 196. fine, in 2. edit. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 18. n. 17. & alii plures, quos tecum Sanchez lib. 8. disp. 18. n. 6. Mouentur præcipue ex Trident. l. 25. cap. 5. de reformat. ubi grauitat prohibet dispensationem sine causa datam: & ratio signatur in dict. l. 25. c. 18. cur dicit, dispensare sine causa nihil aliud esse, quam uniuersum ad leges transgredendas datum aperire. Negari enim non potest inde sumi occasionem minoris obseruare.

5 Ceterum verius credo solum esse peccatum veniale ex genere suo, si includamus scandalum, & damnum notabile aliorum, sic docet Sanchez plures referens, n. 7. Salas disp. 20. sec. 5. n. 55. Valent. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 9. ad finem. Naun. 2. parv. 1. 2. l. 11. & cap. 1. n. 57. Basilius de Leon lib. 8. cap. 14. n. 4. Ratio est, quia non videtur graui deformitas partem tot non se conformare. Ergo scelus scandalum, & damnum notabile non est graue peccatum sine causa dispensationem concede. Quocirca si ex concessa dispensatione sine causa, fumerint dispensati occasionem grauem comprehendit legem: tunc certè tenetur Princeps sub mortali dispensationem tallem negare. Et idem est, si graui damnum Ecclesie, vel subditis ex illa dispensatione proueniere, & sine dubio proueniere, si cum Sacerdotie abique villa causa dispensaretur in celibatu, vel in recitatione continua horarum, vel in pluritate beneficiorum. Et ex his soluitur fundamentum contrarium. Ideo enim Concilium prohibet grauitat dispensationem sine causa, quia ex illa oriuntur imprædicta inconvenientia. Quare in causa, in quo illa sequuntur, erit mortale. Adeo inferioribus præcipue posse, ne dispensationem sine causa concedant, quia hi moralius peccant, ut dicimus, eo quod nulla sit dispensatio.

6 Ex his inferitur Princepem secum sine causa dispensationem in legibus, quas ipse debet ex honestate obseruare, peccare mortaliter, vel venialiter, iuxta diversas sententias nuper relatias, quia iure naturæ teneunt non discordare à subditis sine causa. Quod si dicas, postea secum dispensatione, iam discedit cum causa, obstat, quia hanc dispensationem concedere nisi non potest, & concessam tenetur reuocare. Secundum inferiorum subditum

dium perentem dispensationem sine causa peccate eodem genere peccati quo peccat superior ilam concedens; quia petit rem incipit malum. Contingere autem potest, ut excusat suos subditos, si ignorantia invenientur laboreret, & non excusat superior cognoscens causam non adesse. Et econtra contingere potest, ut excusat superior putans esse causam, cum tamen subditus non excusat, qui optimè notaui causam non adesse. sic Suarez lib. 6. cap. 18. n. 12. & 13. Basil. de Leon lib. 8. cap. 14. n. 1. Cum autem superior cognoscit causam non admissim ad dispensandum, dispensationem datam tenetur reuocate, quia semper tenetur confidere, ut subditus uniformiter vivant, & legibus communibus regnauerit obligantur, nisi iusta causa excausas intercedat: sic Basilicus super.

7 Inquit secundò, an viens dispensatione sine causa à legislatore concessa in propria lege peccet? Aliqui existimant peccare ad minus venialiter, tum quia cooperatur dispensatio iniquis superioris, illam acceptando, tum quia non se conformat aliis subditis. Tum denique, quia superior ipse viens tali dispensatione peccator. Ergo, sic Couarr. in 4. decret. 2. part. c. 6. §. 9. n. 7. Ledeni. 2. p. 4. q. 17. art. 3. fol. 204. col. 3. Sanchez lib. 8. disp. 18. num. 12. Salas disp. 20. sect. 6. num. 59. & alii apud ipsos.

8 At credo sitio probabile est: sic viens dispensatione valida non peccare, nec venialiter: sic ex communi Canonizatum tradit. Emanuel. tom. 1. reg. qq. 9. 22. art. 4. Summa corona. cap. 1. de cognovit, peccat. n. 32. Vituald. appendice ad can. aliam. cap. 12. n. 8. & 21. Nauart. cap. 19. Sanchez lib. 8. cap. 14. n. 5. Salas num. 60. & alii plures ab eisdem relati. Et ratio est etiam, quia nec peccat contra legem positum iam, que iam non est, neque etiam contra naturalem, quia dispensatio non tenetur ex qua etiam se alii conformare; habet enim causam legitimam exemptionis, licet dispensatione validam, etiam si illicetur obtemperant, in quo est valde diversa ratio subditus, & superioris. Superior namque viens dispensatione sibi sine causa in lege concessa, peccat quia tenetur dispensationem reuocare, & potest: ut subdit non incumbat rale onus. Neque etiam esse potest peccatum, quia cooperatur dispensationi iniquis à superiori concessa, quia solum cooperatur, cum petit, petita iam, & concessa viuit illa, qui vius non videtur specialiter esse prohibitus.

§. II.

Quæ causa requiratur pro dispensatione legis superioris.

- 1 In lege divina, & naturali qualibet dispensatio sine causa innata est.
- 2 Idem est de dispensatione inferioris in lege superioris.
- 3 Aliqui temperant, nisi inferior habeat plenius idem potest. Sed rejectus.
- 4 Secundo limitant alii, nisi in facultate dispensandi exprimantur nomina eorum quibus dispensatio est concedenda, & non exprimatur causa cognitionis. Sed non admittuntur limitatio.
- 5 Tertio limitant alii, nisi bona fide inferior processerit, existimans adesse causam. Sed non approbat.
- 6 Inferior dispensans in lege superioris absque causa, mortali te peccat.
- 7 Non potest certa regula definiri, quae sit legitima causa dispensandi in lege superioris.
- 8 Stante iusta causa dispensandi affirmant plures obligatum esse superiori dispensare.
- 9 Aliquando tenetur dispensationem concedere, aliquando potest negare.
- 10 Quando hoc contingat.
- 11 Delegatus tenetur non dispensare, quoties adesse causa sufficientis; sub distinctione respondet Sanchez.
- 12 Alter distinguendum est.

Dico primum, in lege divina, seu naturali, qualibet dispensatio facta ab humano legislatore sine causa, inutilia est. Quare si Pontifex in voto, iuramento, matrimonio rato, & residenciae patrum, sine causa disponens, nulla erit eius dispensatio. Quia non acceptit à Deo potestatem disponendi pro liberto, sed iusta causa intercedente; alia non est potestatis in adjudicationem, sed in destructionem concessa, neque centendus est disponens fidelis, & prudens, sed potius imprudens, & infidelis; & ita Theologici docent cum D. Thomas. 2.2. q. 88. art. 11. Canonista cum glossa cap. non est, verbo adimplere, de voto. Valquez disp. 17. cap. 3. n. 17. Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 3. Salas disp. 20. de leg. sect. 4. n. 30. Suarez lib. 6. de voto, cap. 17. & alii innumeris ab eisdem relati.

Secundo, Dispensatio inferioris in lege superioris invalida est, si facta sit absque causa legitima, ita communis intentio; prout videtur est ex innumeris, quos referuntur, & secunda, de Castro Sum. Mors. Pars. I.

quintus Sanchez illa disp. 17. num. 4. Couarr. 2. p. 4. cap. 6. §. 7. n. 11. Salas disp. 20. de leg. sect. 4. n. 31. Valquez disp. 17. cap. 3. n. 17. Valent. disp. 7. q. 5. p. 9. Basil. cap. 14. n. 8. Barbola 2. p. de potestate Episcopi, alleg. 33. n. 3. Ioan. Sanchez disp. 14. sect. 3. n. 3. 8. Ratio est, quia non conferatur superior potestatem concedere, nisi pro dispensatione rationabilis. Ergo inferior alteri dispensans excedit commissione, & mandatum; & consequenter nulla est eius dispensatio. Ex quo sit dispensationem Episcopi, vel Archiepiscopi, in legibus Concilij prouincialis sine causa datum nullum esse; quia est dispensatio in legibus superioris, ut docet multus relatis Sanchez disp. 17. n. 36. Salas de legib. sect. 4. n. 45. & nos diximus supra.

3 Temperat tamen aliqui hanc doctrinam, nisi inferior habeat plenitudinem potestatis à superiori concessam, qualis habet Legatus à latere in casibus sibi à Pontifice commissis, sic Eman. in summ. tom. 2. in 2. edit. cap. 24. concl. 3. num. 5. Quia tunc videtur repudrandus, ac ipse legislator, cuius dispensatio absque causa valida est. Sed hæc limitatio merito rejicitur à Sanchez pluribus relatis, disp. illa 17. n. 5, quia non est presumendum sic concessam esse potestatem, esto posse illam sic concedere; potest enim Pontifex concedere facultatem dispensandi in suis legibus, taliter quod data dispensatio sine causa teneat, sic Salas disp. 20. sect. 4. n. 32. est enim dispensatio in re propria.

4 Secundò tempulant alii, nisi in potestate dispensandi exprimantur nomina eorum, quibus dispensatio est concedenda, nulla facta mentione cognitionis causa; quia tunc dispensans conferuntur maxime executores, & presumuntur debet commitementem certiorum eis factum de dispensationis causa, sic relato Felino, Speculator, Garibay, docet Sanchez n. 6. At hæc sit probabile, milius ratiōnē probabilius apparet teneri causas dispensationis inuestigare, quia ab eo ipso dispensari. Quid vero potestatem concedens nullam fecerit mentionem de causarum cognitione, non arguit omitendum esse; cum à iure ipso monatur dispensans debere causas dispensationis examineare, idque merito Princeps debebat supponere.

5 Tertiò temperant; nisi bona fide inferior Prelatus procedat, existimans adesse causam legitimam, cum tamen non sit. Quia non est credendum aliam esse Pontificis mentem circa suas leges, & Dei circa suus; siquidem hac ratione scrupulis obviatur, & conscientia securus redduntur, & gesta à Prelatis firma permanent, que omnia recte Ecclesiæ gubernationi conducunt, sic docet Sanchez lib. 8. disp. illa 17. num. 8. cum Azor lib. 7. institut. moralium, cap. 29. quaf. 6. confitent Ioan. Sanchez in sect. disp. 54. num. 39. At hæc limitatio milius non probatur. Tum quia ad rectam gubernationem Ecclesiæ non pertinet firmare dispensationes sine causa, sed illas excusat; alia pertinent etiam ad rectam gubernationem, ut quiores dispensandi putarent bona fide nullam sibi dispensationem esse necessariam, validos actus efficiunt, nulla adhibe dispensationem, & sic contrahentes bona fide in gradibus prohibitis validè contrahent, quod non est admittendum. Tum quia allegantes superiorum absque legitima causa dispensasse audiuntur, etiam si superior bona fide processerit. Ergo signum est manifestum, bona fides dispensantis non sumunt dispensationem, & ita tener illa sect. 4. n. 37. Basilus lib. 8. cap. 14. n. 8.

6 Dico tertio. Dispensatio inferioris in lege superioris data sine causa peccatum mortale est, & consequenter illam perens, & viens peccat mortaliter. Et idem à fortiori est in dispensatione de votis, & iuramentis, & omni iure diuino, & naturali, quia usurpat alienam iurisdictionem, & facit actum iritum; sic omnes Doctores, ut testatur Salas disp. 20. de legib. sect. 6. n. 59. vbi aduerterit ex levitate materie aliquando possit esse veniale percere, & concedere talem dispensationem, sicuti est potest, violatio voti, & cuiuslibet alterius legis sub mortali obligantibus.

7 Sed inquires, quæ sit legitima causa ad dispensationem in legibus concedendam?

Respondeo non posse certa regula definiri, sed multum ex arbitrio prudentis pendeat, quia ponderare debet qualitatem personarum, ex qua sepe oritur sufficiens causa dispensationis, et quod ad commune bonum periculosa personas excellentes gratias habere, ut dixit D. Thomas 1.2. q. 63. art. 2. ad 2. & Trident. sect. 24. c. 5. de reform. attendete etiam debet pietatem, necessitatem, virilitatem dispensationis: nam pro maiori, vel minori virilate, pietate, & necessitate dispensatio facilius concedi potest. Semper tamen dispensatio cedere debet in bonum publicum, quia est actus potestatis publicæ, & iurisdictionis communis. At cum lex pro bono publico statuta sit, pro bono publico est relaxanda, & tradit Panormitanus in cap. multa, de præbendis, num. 8. Sotus 1. de inst. quaf. 7. art. 3. & colligetur ex Trident. sect. 4. cap. 28. de reform. Non ratiōnē requiritur, ut causa, ob quam concedatur dispensatio, immediatè bonum communem recipiat, sufficiat si mediata ad illud ordinetur, quatenus bonum particulare personæ in bonum communis resertur; expedit enim reipublicæ aliquas gratias, & exemptions aliquibus facere, ut sic alii excentur ad bene merendum de republica. Additæ legislatori competere singulorum necessitatibus subuenire, quia id communis bono

T 2 expedit.

expedit. Quocirca scipè ob inopiam mulier's dispensatur in confanguntatis impedimento, & ob periculum inconveniens in voto castitatis, & ob vitationem maioris mali in aliqua legge; qua fune causa personam singularem attingentes: ac medie ad bonum commune ordinantur, sic alii relatis docet Sanchez lib. 8. disp. 19. in prime. Salas disp. 20. sed. 8. num. 7. 7. Basilius lib. 8. cap. 14. n. 12. & colligitur satis hanc doctrinam ex cap. requisitis, § nisi rigor, I. quæst. 7. cap. necesse cap. 29. disp. cap. ipsa pietas, 23. quæst. 4. cap. fraternitas, 34. disp. & Trident. sed. 5. cap. 18. de reform.

8 Inquiries secundo, an stante iusta causa dispensationis tenetur superior dispensationem concedere, vel possit illam denegare?

Prima sententia affirmat peccate Praelatus, si non dispenset, quodlibet iusta causa dispensandi glossa cap. Dominio sancto, verbo necesse, q. o. disp. Rebuffi, repetit. cap. postulatio, nosab. 3. num. 12. Sylvestri verbo dispensatio, quæst. 1. in fine, Rofella lib. num. 4. Eman. Saa n. 2. Armilla n. 14. Ioan. Sanchez in seculi, disp. 43. num. 8. §. præterea, & alij relat. Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 10. n. 2. quâmque ipse reputat probabilem, & vele probabilis est. Ratio præcipua est, quia potestas dispensandi commissa est Praelatis in bonam reipublicam & subditos. Ergo si causa iusta adeat excendi hanc potestatem, videtur Praelatus teneri illam exercere; alia contra debitum sui munera facere. Et confirmatio. Ex iustitia distributiva tenetur Praelatus in distributione obligationum communium, & exemptionis illarum procedere. Ergo tenetur merita personarum attendere. Ergo si existentibus meritis aliquius, ut eximatur ab onere, & obligatione communii illum non eximat, male distribuit. Quod si negata vni exemptione, alii æqualem meritam habenti exemptionem concedat, iam videatur personarum acceptor. Ergo peccat. Non declarat autem haec sententia quale peccatum sit, at attenua materiam graviatem videtur dicendum graue esse.

9 Secunda sententia, cui tanquam probabilitori adhaeret, assi'mat aliquando teneti Praelatum dispensationem concedere, aliquando non; sed posse illam iuste denegare. tenet Sanchez f. p. plures referunt num. 3. Salas disp. 20. sed. 7. num. 70. Suarez lib. 6. de legib. cap. 18. num. 22. Basilius lib. 8. cap. 14. num. 6. & alij apud ipsos. Prior pars conclusionis, scilicet aliquando dispensationem sibi debitam, videtur colligi ex cap. Domino sancto, 50. disti. ibi, ut necesse sit illos restaurare in loco honoris, qui per paenitentiam reconciliationem recipi' merentur. & ex cap. quanto, in fine, 2. quæst. 4. & ex Trident. sed. 24. cap. 1. vbi prudenter & iudicio ordinarii committitur dispensatio in denuntiationibus, quando est probabilis suspicio matrimonio malitioso impediti posse, quod iudicium, & prudenter ad examinandum suspicionem videtur expostulari, non ad negandam, vel concedendam dispensationem cognita suspicione malitiosi impedimenti. Idem etiam colligitur ex sed. 14. cap. 7. vbi de occidente in defensionem propriam, excedente tamen moderaten inculpare tutelæ, ait Conclitum dispensationem ei quodammodo deberi. Ratior has iuris probationes facile solu posse. Quod ergo efficaciter hanc conclusionis partem probat, et ratio pro prima sententia facta, potest enim contingere ita regens causa boni communis, vel specialis aliquius, ut Princeps, cuius officium est haec omnia respicere, censeatur contra debitum sui munera procedere, si dispensationem neget; si enim media dispensatione pax reipublica obtineretur, & negata destrutor, quis negare potest debere Princepem, & reipublica gubernatorem dispensationem concedere? Item si dispensandus dispensatione sibi concessa reparat honorem sibi ab aliis, quia alia viri reparati non potest, vt contingit in scena stuprata, quo modo negati abique iniustitia dispensatio poterit? Secundam partem conclusionis, scilicet non semper debitum esse, probatur primo, quia scipè in iure dispensatio vocatur indulgentia, cap. 1. de statu monach. in 6. aliquando misericordia, cap. postulatio de clericis communis minister, aliquando gratia, cap. didic. 1. quæst. 7. fine, cap. licet canon. de elec. in 6. fed indulgentia, misericordia, & gratia non sonant debitum. Ergo. Secundo, dispensatio deberi potest vel ex aliquo præcepto positivo, vel naturali, ex præcepto possum non semper debita est: nam dispensatio concedenda est a supremo legislatore, tunc certum est ex præcepto positivo deberi non posse, cum nullis legibus possumus humanis actetur. Si autem ab inferiore concedenda est, scipè eius voluntati commititur dispensatio, ut in cap. at si clericis, §. de adulteriis, de iude. Ergo. Tertio quia esto Princeps tenetur ex suo munere dispensationem concedere, si vi. gens causa boni communis, aut aliquius particularis intercedat: at scipè non ita virget, quin etiam virginem scipè æqualem causam neganda dispensationis. Ergo in tali causa & poterit concedere dispensationem, & illam denegare, si cuius contingit in fetenda lege. Non enim semper Princeps cum legem fecit obligabatur illam ferre, poterat enim alia via bono communis propiscere, alia quidquid posset facere, ex necessitate facere: contra leg. quidquid, 40. ff. de iudiciis, vbi non quidquid potestati iudicis permittitur, id necessarii iuri subiicitur, & notat glossa in e. consiluit, verbo gratiam,

de off. deleg. Quartu' scilicet potest probable, adesse causam dispensationis & non adesse. Ergo in hoc casu non tenetur dispensare superior, eti possit, quia scipè potest opinionem probabilem.

10 Quod si inquires, quando sit debita dispensatio? Vno verbo respondere possum: quodies bono communis, vel speciali gratiae conductus, neque alia causa in contrarium prepondaret, sic Doctores pro sententia secunda relati, specialiter Sanchez, Salas, & Suarez, quando autem id conductus, prudentia, & iudicio superioris relinquendum est. Addo, quodies in iure de noua causa ad dispensandum, tenetur inferior posita tali causa dispensare, quia tunc instruitur inferior, cui committitur potest, quomodo illi debet vir: sic docent Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 10. n. 6. Ioan. Sanchez disp. 43. n. 8. versio, præterea Suarez lib. 6. cap. 18. n. 21. Salas disp. 20. sed. 7. circa finem. Quapropter tenetur Episcopus dispensare cum clero, ne residetur ratione studi, ex e. c. ex eo, de elec. in 6. quia ibi apponitur haec causa, ex qua potest dispensari sic relato Ioan. Andr. Decio, Franco docet Sanchez, Suarez, & Salas suprà. Item tenetur dispensare in denuntiationibus matrimonij, si probatur adesse suspicionem malitiosi impedimenti. Item in incertis, si id utilitatibus Ecclesiæ viderit expedite, ob eandem rationem.

11 Ex his infertur: quid dicendum sit in delegatis. An, inquam, hi tenentur dispensationem concedere, cum viderint adesse causam sufficiemt? Thomas Sanchez lib. 4. summa, cap. 14. n. 12. loquens de voto distinguunt inter delegatos habentes præiugium dispensandi in sui suorum conceffus, vel in favorem dispensatur. Et de habentibus præiugium in sui favorem, negat teneri dispensationem, concedere postulantes, eo quod nemo tenetur suo præiugio vti, & si exculpat regulares noleentes dispensationem votorum concedere posuerintibus; quia ipsi non additio agunt utri vti suo præiugio: at si præiugium conceffus sit in favorem penitentis, ut sit præiugium Bullæ, & Liliberti, affirms tenet electam Conf. flarium dispensationem concedere, quia penitentis peccatum ex præiugio sibi concessum: confessus quodac haec secunda pars Aragon. 1. 2. 9. 8. art. 12. in dubio quod meuet circa 2. conclus. fol. 1041. Vinaldi, candelab. sacrum. 3. p. cap. 14. n. 8. Chapeau de casco referunt, q. d. fol. 17. fol. 2. Summa de voto, q. 5. n. 38. Siquis clavis regia lib. 6. cap. 2. num. 18. fine.

12 At existim alter effe in hac parte distinguendum, aut enim loqui possimus de Confessario, antequam pio dispensatione votorum, vel impenitentium illum eligit vel facta electione, & ab ipso acceptara: si post factam electionem, & acceptationem denegat tibi Confessarius dispensationem, pro qua obtinendis cauam iustum habes, infidelis est, & iniurias; quia ius quod ex iustitia ratione acceptata electionis obligatus est concedere. Et hoc sine concedenda sit dispensatio ex præiugio in cuius favorem concessa, vel in favorem dispensantis. Quia tam ipse præiugatus se ipsum obligavit vti præiugio suo, eo quod electionem acceptaverit. Verum si loquamus antequam ipse Confessarius accepterit electionem sibi ad dispensationem concedendam, nullo modo tenetur tibi dispensationem concedere, etiam si confessionem audiat, quia præiugium concessum per Bullam non est ad auctandum Confessarius ad dispensationem concedendam, sed est præiugium concedens facultatem dispensandi Confessori volenti, non renuent, alia quilibet Sacredos approbat requisitus per Bullam tenetius confessionem cuiuslibet penitentis, qui illum requirit, auctoritate, quod est sine fundamento dictum.

Adiutorio, aliquando posse delegatum teneri consentire electione de se facta & dispensationem concedere: nempe, si id iudicatur gravior bono dispensaturi expedire, eo quod ab aliis repelluntur, & ob repulsam tristior gravior est, & in periculo peccandi existit, sic Ioan. Sanchez disp. 14. seculi. n. 17. circa finem.

P V N C T V M IX.

An licet habentibus potestatem dispensandi imponere aliquam multam pecuniariam, vel onus personale dispensaturis.

1 Si dispensatio est in voto, fieri potest. Et idem est quodies ex onere imposito integratur causa dispensationis.

2 Causa legitima ad dispensandum intercedere nequit Praelatus, sive inferior, sive superior multam imponere: qui defendantur.

3 Resolutur in casibus, in quibus debetur dispensatio non posse multam imponere in illis, in quibus denegari potest.

4 Inferior non potest sub onere aliquo, & pecuniaria multa dispensationem concedere, ut probabilis defenditur.

5 Proponitur obiectio, & si illi sat.

1 Si dispensatio sit in voto, nemini est dubium id fieri posse quia tunc dispensans non imponit obligationem, sed dispensis admissus sibi illam assumit. Item si causa iusta dispensandi

fandi non intercedit, nisi postea illa multa pecuniaria: potest quidem imponi, & ex illis impositione resulat sufficiens causa dispensations, ut in dispensatione impedimentorum matrimonij fieri solet, & tradit Ledesma 2. part. 4. questione 27. artic. in fine. Sicut libro 6. de legibus, capite 16. in princip. cap. 12. fin. & tom. 1. de relig. tractat. 3. lib. 4. de simon. cap. 20. num. 1. & 2.

2 Quare difficultas solam est an causa legitima intercedens possit superior nolle dispensare absoluere, sed sub aliquo ostendere? Et procedit quodlibet tam de Principe supremo, quam de inferiori.

De virtute negat Ioan. Sanchez disp. 54. select. n. 4. Monetur, quia causa legitima intercedente tenuerit superior dispensationem concedere ex vi sui munera; sed pro exercenda actione debita non potest peri premium aliquod, neque onus ponit. Ergo, Et consimmo. Vel ablique impositione illius oneris est causa sufficiens, ut superius legem relaxet, vel non? Si non est sufficiens causa, non est de illo questione, si autem ablique illius oneris impositione est causa sufficiens, ut legislator dispenset, iniuste videtur grauare dispensandum, cum ablique causa onus imponatur. Non ergo videtur onus imponendum, nisi pro complemento cause ad dispensationem necessaria.

3 Dicendum ergo existimat illis in casibus, in quibus diximus dispensationem debitam esse, nullo modo poterit legislator multam, vel onus aliud tibi renunciare imponere, quia pro actione debita onus imponi non potest. Si filius eius 2. tom. tractat. 27. cap. 7. sum. 1. & in hoc sensu est verum, quod dicit Ioan. Sanchez. At cum dispensatio debita non est, sed potest abesse iniustitia negari, potest si legi statutum multam pecuniarium, vel aliam onus imponere, alias nolle dispensare. Sic Suarez libro 6. cap. 16. in princip. vbi testatur esse omnium. Supponit Sanchez lib. 3. de marit. disp. 10. num. 9. & videat sati colligi ex cibis, at tr. vbi conceditur debitis factis posse vacare pietationi halecias ita ut post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruum faciant portionem. Et ratio est, quia cum non renunciaris causa, legem absoluere relaxate, poterit illius obligacionem in alia materia subrogare.

4 Quod si dispensans inferior legislatore sit, & in lego superiori non concedit dispensationem, probabilius existimat non posse sub onore aliquo pecuniaria multula illam concedere. Sic Sotus 4. disputation. 2. quaff. 2. artic. 2. versic. ex his. Ludovicus Lopez 1. part. instruct. de matrim. cap. 39. §. sed si quis. Thom. Sanchez lib. 3. disp. 10. num. 9. & lib. 8. cap. 14. num. 2. Ioan. Sanchez in placit. disp. 54. num. 40. Probatur, quia ad illud onus, & pecuniarium multam obligati non potest ex contractu, alias redibent solum, si ob dispensationem nullam concessam in lego imponatur obligatio pretio estimabilis. Neque etiam ex lego precedentibus obligari potest, quia inferior non valit legem praesertim ad aliam materiam extendere, neque de novo legem, aut praecipuum imponere. Vnde enim constat talis potest? Quod si dicatur a legislatore illam habere, eo quod debet prius legi statutum concedere potestatem dispensandi in lege, prope melius ipsi videbitur, absoluere, vel miscendo commutationem. Negamus id posse prae sumi, alias prafumi posset datum esse potestatem inferiori communandi superioris legem, in aliquod opus pium, quoties viderit subditio convenientius esse. Quocida inferiori Prelato solum commititur potest relaxandi legem causa iusta intercedente: ut subrogandi loco illius aliam nullo modo, & in legibus, que non imponunt onera subditis, sed ad vitanda aliquae inconvenientia, vel ad ferundum debitum ordinarii ferantur, affirmat Suarez libro 6. cap. 16. num. 9. imponi non posse multam pecuniarium, & hinc infra pro remittendo denuntiationibus ad matrimonium, inconvenit ad ordines, pro licentia suspicendi ordines alicui Episcopo non posse multam pecuniarium imponi; & fuit Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. & sess. 25. cap. 18. & sess. 21. cap. 1. de reform.

5 Sed obiectus, Prelati inferiores kep dispensant in observatione festorum, ieiuniorum, imponendo aliquod onus, & pecuniarium multam pauperibus, vel fabrice Ecclesiæ applicandum, iuxta cap. licet, de feria. Ergo signum est a legislatore superius commissam illis esse potestatem hoc modo dispensandi.

Respondeo cum Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 14. num. 1. hoc est signum legi sententiam probabilem sibi faciorem, & iustificarem extenderem, non tamen esse certum commissam illis esse talen potestatem.

Obiectus secundo cui commissa est potestas dispensandi in votis, & ieiuniorum, commissa est etiam potestas communandi, co quod maior sit potestas dispensandi, quam communandi potestas enim dispensandi collit integrè obligationem potestas vero communandi ex parte tollit. Ergo. Similiter concessa potestate dispensandi in legibus, concessum communata potestas communandi, quia minus est.

Respondens negando consequentiam. Et ratio differentiat est, quia potestas communandi vota, confessio sub potestate dispensandi inclusa, tanquam quid minus in maiori: at potestas mutuando legem non potest includi sub potestate dispensandi.

Ferd. de Castro Sum. Pars I. Mor.

sandi, quia maius est; maius enim est tollere legem, & aliam denouo imponere, quam solum tollere absoluere, sed non est maius communare votum, quam votum dispensare, quia licet communatis tollat antiquum votum, quod materialiter praexistens subrogat aliam materialiter, ob quam votum extenditur ex voluntate ipsius cui est facta communatio: at in communatione legis tota subrogatio, non ex voluntate legislatoris prouenit, eaque que de causa maius quid est communare legem, quam in illa dispensare.

P V N C T V M X.

An afferenti se habere potestatem dispensandi, debebas illi fidem adhibere.

- 1 In foro conscientia bene potes; non tenerie.
- 2 In foro externo nemini est credendum, nisi instrumentum commissionis ostendatur.
- 3 Limitatur in his, quae graue praedictum generare possunt, secus in his, quae nullum, vel minimum.
- 4 Afferenti potestem se habere dispensandi, absoluendi, concedendi indulgentias, credi potest.
- 5 Creditur Episcopo non subditum ordinanti, si dicat in titulo de licencia proprii Episcopi facisse.
- 6 Item de penitentiaria dicente vix vocis oraculo sibi concessam esse potestatem absoluendi a referuatis.

1 Si sermo sit de foro conscientia, fides ei potest adhiberi; experientia enim testatur credi Confessori dicenti se habere potestatem absoluendi, vel dispensandi, sic Sanchez libro 8. disp. 17. m. 12. in modo non solum Confessori dicenti se habere, potestem, sed etiam tibi afferenti potestatem, & priuilegiis habere, ut absoluari a referuatis, vel dispensari, potest Confessor excede, quia solum de tuo commodo, vel praedictio agitur. Neque ratione videtur obligari credere, quia nemo in propria causa testis omni exceptione major.

2 Si autem loquuntur de foro externo, regula generalis est, nemini credendum esse habere potestatem delegatam, nisi instrumentum commissionis ostendatur, quia est res facta, quae non ab ipso, sed ab alio, scilicet a delegante pendet, eaque de causa probanda est, alias quilibet primatus officium iudicis assumere sibi posset: sic multis allegatis docet Menoch. de arbitr. libro 1. quae p. 6. praesupponit a num. 3. Macard. de probat. concl. 2. 6. & n. 15. Sanchez lib. 8. disputation. 17. a num. 18. & probatur satis ex capitulo cura in tunc prioris, de off. deleg. vbi statutum non credi delegato, nisi de sua obligacione mandato fidem faciat; quia dum non constat de mandato delegationis, in loco priuati habeatur. Quae ratio probat de quocunque delegato, etiam in magna dignitate constituto, ut relato Decio, Iaf. & alii tradit Menoch. illo num. 8.

2 Limitat autem Sancta. n. 19. Menoch. n. 10. Macard. num. 12. ut incallegatur in his, quae graue praedictum generare possunt; secus vero in his, quae nullum, vel minimum praedictum afferrunt, quia tunc praedictum inferres afferas, si absque causa ei fidem non adhibeas.

4 Ex qua limitatione infert Sanchez. n. 19. cum Iaf. repetit l. ad monendum. n. 27. de iuris. & Gutierr. lib. 2. q. canon. cap. 17. fin. afferenti se habere potestatem dispensandi, absoluendi, concedendi indulgentias credi posse; quia agitur de nullo, vel minimo praedictio. caute tamen hoc illatio accipienda est, non enim cuiilibet in hac parte credi debet, sed vice timorato, & in dignitate constituto, & de quo prae sumi non posset falsum dicere. Tum quia esto haec potestas nullum, vel minimum praedictum ordinaris afferrat, ut afferat habenti illum specialem honorem, & autoritatem, ob cuius causam prae sumi potest tibi falso arrogare. Non ergo ostendit credendum nisi probetur.

5 Secundum infert Sanchez. n. 20. et cedi Episcopo promoventi ad ordines non subditum, si dicat in titulo collationis de licencia proprii ordinatis facilius: consentit Menoch. n. 10. Gutierr. lib. 2. q. canon. cap. 17. n. pm. Rebuff. praxi benef. sis. de forma dimissoriaram, num. 3. 6. Ratio estic potest, quia illi ordinatio non subdit cedit in modicum praedictum Episcopi proprii, & in graue damnum Episcopi ordinantis, siquid manet suspensus. Non ergo prae sumi potest mea dictum committi. Placet.

6 Tertiò infert Sanchez. & bene, alios referens, n. 2. credi summo penitentiario dispensanti in aliquo casu restringato, si afferas viam vocis oraculo sibi concessam esse potestatem, quia non videtur hoc cedere in praedictum aliquius: si enim dispensatio in alterius praedictum cederet, cedi ei non debet, ut pluribus relatius docet Macard. concl. 2. 6. & n. 22.

P V N C T V M X I.

Quæ forma servanda sit i dispensatione expresa.

1. Nulla est prescripta forma verborum, sed illa sufficit, quematem dispensantis exprimit.
2. Ad valorem dispensationis, cum absenti conceditur, mandatum eius non requiriatur.
3. Non tamen habet effectum, quod sive dispensando immoneat.
4. Gratia imperata valeret ab illo que suo mandato fecit illius acceptatio.

Dupliciter dispensatio concedi potest, tacite, inquam, vel expresa. Expressam dispensationem voco eam, quæ verbis expressis conceditur. Tacitam, quæ ex signis aliquibus vel factis infertur, & praesumuntur.

Nulla est prescripta vel notitia forma pro dispensatione concedenda, neque ex natura rei, neque ex iure; sed illa erit sufficiens, quæ factis expressis & voluntate dispensantis, & effectum dispensationis. Hic autem effectus dispensationis potest & specialiter declarari. Specialiter declaratur, si sumatur specialiter id cuius est dispensatio. Ut si superior dicere: Dispicio tecum in hoc, & illo impedimento, in hac, vel illa irregularitate. Generaliter declaratur, si sub verbis generalibus exprimitur, dicendo, in qualcumque irregularitate, vel in quocumque impedimento, quod habecas, tecum dispenso. Qui modus dispensandi sat est ad constitutandam dispensationem expressam, ut bene probat Tiraquel, de legibus communib[us] cap. 7. n. 8. & seqq. Item debet exprimi persona, quia dispensatio, alius est dispensatio. Debet, inquam, exprimi, vel exprimendo eius nomen, vel aequivalentem. Item non est necessaria scriptura ad hanc expressam dispensationem; suffici si verbo temere fiat, & late diximus in dispensatione priuilegio. Et ratio pro dispensatione est manifesta, cum enim dispensatio legis, sit relaxatio obligationis, quam lex inducit, & haec obligatio ex voluntate pender legislatoris, si legislator cessat a voluntate obligandi, sive manifestat, cessat sibi obligatio legis, & consequenter es in lege dispensatus. Excipiunt tamen aliqui casus, in quibus ex iure non probest etiam in force conseruare dispensatio, nisi in scriptis fiat, aliquos enumeratos glossa in cap. 1. & postquam de censibus libro 6. verbo in scriptis, & Trident. sess. 2. 5. c. 5. de reformat. & nos diximus illo loco de priuilegiis.

2. Deinde ad valorem dispensationis, cum absenti conceditur, mandatum eius non requiriatur, sed ipso ignorantie concedi potest, quia nulli habent necessarium esse mandatum pro gratia, privilegio & dispensatione obvianda. Hic enim differentia est inter rescripta gratia, & iustitia, quod rescripta iustitia, speciale mandatum requirit, & habetur in capite nonnulli, & fine, de rescripti, & ibi glossa, & in capite qui ad agendum, de procuratoribus, in 6. At rescripta gratia nullum mandatum expostulat. Optat enim ius præcedere lites, ideoque ne ageantur, hoc speciale impedimentum apposuit pro rescriptis ad lites, quod in rescriptis gratia non procedit. Quapropter in leg. uniuersiss. &c. de preciis Imperiorum, offerend. dicitur rescriptum ab Imperatore concedendum validum esse, per quemcumque imperatum sit. Neque obstat texus in capite annotat, de elect. vbi videtur nullum rescriptum, eo quod fuerit sine mandato imperatum; inquit enim textus, cum non ad postulandum dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint nonnulli destinati. Quia ibi non annulatur rescriptum, quia sicut concession sine mandato, sed quia sicut concession pro confirmatione irrita electionis, nulla dispensatione facta. Item ibi requirebatur mandatum Capituli, quia agebatur de confirmatione electionis ad ipsum pertinente: non tamen inde infertur requiri mandatum eius, qui gratia conferit, immo potius contrarium non leviter ex illo test. probatur & ita tenet Azot lib. 5. cap. 23. qu. 12. Suarez cum Rebiff. & Nuarr. lib. 6. cap. 13. n. 5. & 6. Salas dis. 20. sed. 14. Saa verbo gratia. num. 13. Petri Gregor. in cap. nonnulli, verb. abesse speciali mandato, de rescripti lib. 2. Hagolin. de irregulari. cap. 6. num. 5. Basil. de Leon lib. 8. de matrim. capite 1. n. 3. Thomas Sanchez alias referens lib. 8. de matrim. disput. 16. num. 4.

3. Adiutorio tamen, est dispensatio, gratia, & priuilegium abfique rura mandato imperatum, vel concessum à Principe valorem habet; non tamen habet effectum, quoniam tibi innotescat, & illud accepies, quia est quedam donatio, quae per acceptationem complevit: & licet tibi innotescat, & renunciendi concedi possit, hoc tamen nunquam debet præsumi, nisi id manifeste constet, ne gratia Principis vilpendatur. Quapropter semper trahunt secum imbibit conditionem; si tibi placita sit, & gratia existat, sic videatur decisum cap. ad matrim. ver. ex parte, de concess. præbend. & tradit. Suarez. Salas Basilii, & Sanchez supra. Addit. neque expedite Principi dispensationem concedere, nisi petitionibus sit coactus; quia est iurius relaxatio, ad quam faciendam non se debet Principi facilius exhibere.

Mandat. de rescripta gratia, de dispens. Rodriguez tom. I. q. 22. artic. 3. regul. q. 8. & colliguntur ex l. 4. Sec. ff. de domino infido. Non tam inde infertur nos posse aliquando absque petitione concedere, si id videbit expedite, vi recte Suarez lib. 6. cap. 13. num. 8.

4. Adiutorio secundo. Quamvis imperata gratia absque two mandato valeat, at acceptatio illius non valeat, nisi ex tuo mandato: quia gratia valor penderat à concedente praesistit; at acceptatio illius penderat ab ipso, qui gratia confertur. argum. text. in c. 6. tibi absenti, de præbend. in 6. & notavit ex Petro Gregorio, Basilio illo c. 15. n. 3.

P V N C T V M X I I.

Quæ conditions fermandæ sint in dispensatione tacita.

1. Quilibet potest tam in suis legibus, quam in legibus superioribus hanc dispensationem concedere.
2. Cognoscitur hic tacita dispensatio, si tibi à Prelato mandata actus, qui sine dispensatione fieri non posset.
3. Secundo, si videat te disponi ad operandum contra legem, & non impedit, cum facile posse.
4. Proponitur sententia plurium assertorum taciturnitatem, & dispensationem Prelati non esse sufficientis signum tacita dispensationis.
5. Satis, & explicatur doctrina.
6. Ratificatio, & presumptio excusans ab obligatione, non debet subsequi actum, sed antecedere.

1. **O**missis variis dicendi modis, qui à veritate sunt alieni, quid probabilitus ea faciat pacis exponenti. Dicendum ergo est dispensationem tacitam, quia consistit in ratificatione, seu presumptione voluntatis superioris dispensantis non solum concedi posse à quolibet legislatori respectu suorum legum, sed etiam respectu legum superioris. Sic docet plutes referens Sanchez lib. 8. dis. pt. 4. numero 16. Suarez libro 6. cap. 13. n. 13. & tom. 5. de confus. dis. 4. f. 3. in fine. Salas dis. 20. sect. 2. n. 8. Emanuel Saa verbo dispensatio. n. 12. Basil. 8. de matrim. 15. n. 5.

Ratio est, quia dispensatione concedenda non est in iure forma aliqua prescripta, sed eo ipso, quo manefestat voluntas dispensantis, dispensatio habet effectum: at non tantum verbis, sed etiam signis manifestari potest eius voluntas. Ergo dicit potest dispensatio tacita?

Neque obstat ad dispensationem requiri notitiam causa: nam haec esse potest vel testibus, vel rei notorietae, & illa potest dicius datu[m] dispensationem tacitam. Addit. vi debitis statim. Satis probabile est causa cognitione non praemissa validata esse dispensationem, si causa subtiliter. Ergo nihil obstat, quomodo legislator dispensationem tacite concedere possit.

2. Difficilis ergo est, quibus signis censerit iure potest Prelatus velle dispensationem concedere: cum nimis sit quaelibet de facto, & quæ pender ex animo Prelati, non est praesumenda, nisi probetur.

Primum signum, & communiter receptum est, si tibi à Prelato præcipiat, vel concedatur actus, qui sine dispensatione exerceri non potest: iunc enim cœlestur dispensatio, quia non censerit debet Prelatus præcipere, vel concedere eo, quæ illuc sit, & iure repugnat. Quapropter, si tibi irregulari dispensatio ad ordinis sicut credi, vel beneficium conferre, censeretur quidem tecum dispensare illa in parte, & colliguntur leg. quidam consilab. 5. 7. fine. ff. de re iudic. vbi Princeps dignitatem concedens minori, cœlestur dispensare, ut gesta per ipsum valent. Debet autem procedere sciens te esse impedimentum, alius non erit dispensatio, cum ex ignorancia impedimenti mandatum, procedat, sic Rebiff. in pratic. rit. de dispensat. à num. 5. Suarez alias referens lib. 6. cap. 13. num. 23. & 24. Salas dis. 20. sect. 2. num. 8. verbo secundus modus. Azot tom. 1. libro 5. cap. 15. quisi. 10. & ult. Nuarr. prælud. 9. numero 15. & cap. 2. numero 7. 4. Sanchez lib. 8. dis. 4. num. 2. & seqq. dicens etiam communem omnium sententiam in superiore Principe, eamque latè probat. Et idem est de inferioribus in his in quibus dispensare posuerit.

3. Secundum signum racie dispensationis, & presumptio voluntatis est, si potens de penale videat te disponi ad operandum contra legem, & de facto operari, & taceat, nec impedit, cum facile id impeditur possit. Quia qui taceret, consentire videtur, ex reg. iur. 43. in 6. quæ maximè procedere debet, cum ex officio tenuerit non taceret, nisi contentient. Ratio quæ hoc signum videatur sufficiere, est, ne presumatur in superiori delictum, quod sane esset, si tibi subdilatum non coegeret, & detineret, cum facile posset, ne legem sine dispensatione transgrediretur. Addit. illa parentia est ratificatio de præcepti, quæ sufficit ad concedendam iurisdictionem, vi multis allegatis probat Sanchez lib. 3. dis. 3. 5. num. 20. Vasquez tom.

de penitent. q. 9. art. 2. dub. 2. n. 5. Emanuel Sia verbo Con-
fessor, post n. 31. Et verbo conuenit, n. 1. Et verbo iurisdictio,
n. 1. Et verbo Pralatus, n. 4. Basilius lib. 5. de matr. cap. 29. n. 1.
Et lib. 8. c. 15. num. 7. & ali. in numeri, quos refert, & sequitur
Iacob Sanchez in select. disp. 4. n. 3. Ergo multo magis suffi-
cet ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-
get ad concedandam legis relaxationem, & ita tunc alios re-

4. Video tamen grauissimos Doctores asserte taciturni-
tatem praeceps, & dissimulationem, cum possit à superiori effe-
ctus impediti, non esse sufficiens signum concessæ dispensa-
tionis: hic glossa, Cardinal. Ancharen, Imola, Bonifacius, Immo-
nius, Holstius, Anton. Paginarius, Henriquez, Bellaria,
Anania, Fcl. Sacrus Senior, Selua, Anton, Gabriel, Me-
noch, Mayol, & Sayrus locis relatis à Sanchez lib. 8. de matrim.
disp. 4. n. 25. & à Suarez lib. 6. de legibus, cap. 13. n. 18. licet
n. 22. maxime in hac partem inclinet, inquit enim, solam ta-
cituritatem non sufficere ad praelaudandam dispensationem, nisi
adapta aliquæ aliae circumstantias, videlet quod defectus il-
lus est virque, efferte causa iuiciens non petegit expre-
sam dispensationem, & taret dispensatum, & dispensantem esset
familiaritas. Mouentur, quia ad dispensationem concedandam
requirunt non tam permissionis voluntas, quam concilia, si-
quidem est concessio alicuius privilegii: at ex taciturnitate, &
dissimulatione solum inferit permissionem, non tamen concessio.
Quod videat cl. probati ex text. cap. super eo, de cognatione
spirituali. ibi, id in Ecclesia tua dissimilare poteris, ita quod
ne contradicere, nec tuum videaris prestare assensum. Idem
colligit ex cap. cum desideres, in responsa ad primam qua-
stionem, de sententia excommunicat, vbi Episcopus admittens
ad diuinam excommunicationem, non confitetur illum absoluere. Et
go ex taciturnitate, & dissimulatione non infertur dispensatio.

5. Respondet præcisum taciturnitatem, & dissimulationem
non esse sufficiens signum concessæ dispensationis, nisi
aliounde etiam confiterit Pralatus facile posse effectum impe-
dire: hac autem facultas, dum non probatur, nullo modo de-
bet presumi, quia potius stat præsumptio pro permissione fa-
cti, quam pro illius concessione, eo quod sapient Pralatus
permisum habet, quām conciliū eum enim sapere ex subi-
cta refectione, subditū audactores fiant, ob hoc dampnum Prala-
tus dissimilat, esto non dispenser. Adeo, et si in hac dissimila-
tione aliquam culpam committeret pusillanimitas, & negligi-
genia; forte grauiorem faceret, si absque causa examinatione
dispensationem concederet, & anfan non mediocrem plu-
bos dare transgredendi legem eorum superiori, ut sic super-
ior dispensare cum illis confiteret: i quando autem due pre-
sumptiones concurrunt, illa præfendenda est, in qua minor cul-
pa intercedit, ex l. si adulterio cum incestu, §. 1. & 3. ff. ad
legem Iuliam, de adulter. & in hoc leni dux textus in cap.
cum iam diuinum de probandis mala per patientiam esse tolerata,
qua si tolerantur ad iudicium, non subfertur. Quia non pre-
sumi debet adulstis superioris consonam, sed permisum, co-
quod non potest ob inconvenientem facili expedire, vel id non
adserit. At si subditus confiterit scilicet à superiori impediti posse,
& obligationem impediendi adserit: tunc certe nescio qua
ratio, talis dissimilatio, non sit absoluere concessio sicut est,
cum præceptio patroci illius subditum absolvit. Et per
hac solutum fundamentum communis sententie canonista-
rum, factor namque præcīam dissimilationem, & taciturnitatem
non arguit concessione, maximē, quando in tali con-
cessione non levia inconvenientia, ut in supradict. cap. su-
per eo, contingebat. Verum si confiterit nullum esse inconve-
nientem in concedendo dispensationem, quia causa adeo suffi-
cens, si Pralatus videat subditum confita legem procedere,
& non impedit, cum facile possit, & aduetur cum certe dissi-
militate eis concessio ne delictum in futuero, & subdit
præsumatur. Ad textum in cap. cum desideres, esti Sanchez lib. 8. disp. 2. n. 24. dicat non præsumi ibi ab-
solutionem, quia absoluere à confita non potest esse tacita, sed
explicata. At longe probabilis est nullum esse pro absoluto-
ne excommunicationis, aut aleticii censuræ formam præscri-
piam ab Ecclesia, ut relatis alii docet Nauart. de penitent. di-
finit. 6. cap. 1. in princip. num. 59. Et in comment. de Iubile, n. 30. n. 8. Courart. cap. alma. n. 11. n. 6. Et 7. Suarez de
censur. disp. 7. f. 7. num. 1. Salas disp. 20. f. 7. num. 8. Qua-
propter non ex defectu forma, & signi sufficiens ad expri-
meandam solutionem, non præsumitur ibi adhuc, sed quia
soluit Episcopus cum date, procedebat enim ex coconsideratione,
& adseritione, quia purabat ob iuramentum præstitum, quod
excommunicatus fecerat de obediendo Ecclesiæ mandatis, esse
iunum absolucionis. Adeo, et si pro valore absolutionis ab excom-
municatione non requiratur illa forma: at pro licito eius
via requiri, qui abique illa causa omitti non debet, &
ideoque non præsumptio Pontifex Episcopum illum inten-
dit, absoluere per illam communicationem sic excommuni-
cationem.

6. Aduento ratificationem, & præsumptionem voluntatis
superioris, quæ sufficiens est ad debibitationem legis, non de-

bere esse voluntatis futura, sed presentis, & antecedentis actum
legi contrarium, quia voluntas futura non est absolute volunta-
tas, sed erit. Ergo non potest actu te eximere ab obligatio-
ne legis, quia non potest eximi ab illius obligatione, nisi actu
velit superior te eximere: sicut nec potest obligari lege, ex
eo quod superior voluntatis est te obligare, sed ex eo, quod
actu vult.

Neque obstat ex ratificatione voluntatis futura honestari
actum alias prohibitum, ut contingat secundum probabilem
sententiam in religioso, cui distributio, & acceptatio pecuniae
est prohibita sine licentia superioris, qui si rationabiliter præ-
sumat superiorum non fore iniuriam, si ipse accipiat, & distri-
but, sed de facto si petetur, conselutum, non peccat. Ergo
etiam in dispensatione legis est idem dicendum. Non, inquam,
obstat, quia tunc religiosus non facit contra legem sibi per
votum impositum, sed potius legi satisfacit, & illam exequitur.
Lex enim non prohibebat acceptationem, & distributionem
pecuniae absoluere, sed exclusa licentia, salter quod formaliter,
vel virtualiter distributionem pecuniae potesta licentia
concedebat. Vnde licentia non soluit legem, sed legem adimpler.
Sicut dispensatio, quæ est legis voluntatio, quia in lege
ipso non includitur. Ex quæ differentia valuit, quoties à
lege præsribitur licentia pro actu faciendo, posse extendi ad
licentiam futuram; quia cum talis licentia non aduersetur legi,
debet extendi, quod fieri possit, ita ut non solum comprehendat
præfectum, sed futurum; at dispensatio, cum legem vulneret,
restringi debet, ut solum pro dispensatione præfici sumatur.
Quapropter nullo modo fieri potest actus à legi absolu-
tè præsribitus, sed ipse futura dispensationis, sed sub dispensatione,
quæ concederetur, si petita esset, & ita tenet Suarez
lib. 6. cap. 13. num. 10. Salas disp. 10. f. 7. n. 1. num. 8.
Sanchez innumeris referens lib. 8. disp. 4. num. 1. in folio n. 5.
adatversus Menoch. de præsumpt. lib. 2. de præsumpt. 20. n. 23.
& 26. Anton. Gabr. tom. 3. commun. lib. 1. tit. de præsumpt.
concl. 8. num. 15.

P V N C T V M XIII.

An cognitione causæ debeat præcedere dispensatio-
nem faciendam, ita ut dispensatio facta absoque
præmissa causæ cognitione nulla sit.

1. Explicatur quæstio. De quo legislatore sit sermo.
2. De legislatore in propriis legibus dispensante, valida est dis-
pensatio, abque causa cognitione.
3. De inferiori dispensante in legibus superioris plures affir-
mant validam esse dispensationem abque causa cogni-
tione, si vero causa existit.
4. Probabilitas est oppositum.
5. Quia cognitione causa ad licitam factam dispensationem requi-
ratur? Probabilis est debere esse iudiciale.
6. Probabilitas sufficere, quocunque modo sit.
7. Quomodo in foro externo probandum sit admissa causam di-
spensationis.
8. Motus propriis testibus probari non potest: bene tamen
scientia.
9. Clausula, Ex certa scientia, in rescriptis posita, operatur so-
lum quod causa ibi expressa.

1. Qui possimus de legislatore in propriis legibus dispen-
sante, & de illo dispensante in legibus superioris. Item
loqui possimus de foro externo, & judiciali, & de foro
conscientie.

2. Si de legislatore dispensante in propriis legibus sermo
sit, credo dispensationem validam esse abque causa cognitione,
dummodo ipse illum velit concedere. Nunquam tamen sic
est concessio debet præsumi, nisi id manifeste signis dem-
onstretur. Ratio prioris patris est, quia tota obligatio legis
pendet a legislatore voluntate: si ergo ipse abque causa cognitione
eximere te velit ab obligatione, exemplius marchis: &
ita multis relatis docet Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 24. Cou. 4.
de rebus 2. p. 8. & seqq. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 15.
quasi 19. Salas disp. 20. f. 9. num. 1. Quapropter in Trident. f. 21. c. 18.
de reformis. dicitur, quod si virgines, maiori que ratio quando-
que postulauerit, cum aliquibus dispensandam esse, id causa
cognita, summae maritatu, arca gratia, à quibusunque,
ad quos dispensatio pertinet, erit præstandum: alteraque fa-
cta dispensatio subrepititia censor. Expedite verbum, subrepititia
censor, quasi semper debet censor subrepititia. & præter
voluntatem concedens, dum contrarium non conflat.

3. Verum si de legislatore dispensante in legibus superioris
loquamur, plures Doctores affirman dispensationem datam
absoque

absque causa cognitione validam esse utroque fato, quoque reuocetur tamen possit vel ab ipso concedente, vel à superiori ipsius: sic tenent alios plures referentes Sanchez lib.8. de marim. disp. 17. n.11. Salas disp. 20. sed. 9. num. 79. Suarez lib. 6. de legib. cap. 19. n.2. Basil. lib. 8. cap. 15. num. 18. Principium fundamentum est, quia licet ius ipsum expositum cognitionem causa premitti dispensatio: non tamen constat illam expositum pro forma, & valore ipsius, sed ut licet concedatur. Quod non leviter colligitur: liquidem quoniam illa forma pro dispensatione facienda à Paletatis infestis, & à supremis Principiis constituitur, ut expediti iusta allegata pro contraria sententia constaret: ac supremi Principes opinare possunt in legibus à se lais absque causa cognitione validè dispensare. Ergo etiam possunt inferiores. Et probati facti potest ex cap. nibil de electione, ubi de electo, absque causa cognitione dicitur deiiciendum esse, si indigens sit. Ergo si dignus sit, deiici non debet. Quod autem sic concessa dispensatio reuocari possit cum à concedente, tum à superiori illius, est communis Doctorum opinio, ut testatur Salas lib. 10. sed. 9. n.79. quia est contra ius positivum, & naturale concessa. Ergo potest infirmari, & quasi in pristinum statum reduci, si causa redicibilis est. Quid dixi, quia sicut aliqua impedimenta quibus tunc subtulis non est in potestate legislatoris ea facere, ut restituantur.

4 Nihilominus probabilitus censio utroque fato nullam esse dispensationem factam ibique causæ cognitione, etiam in re causa subsistat: sic docent post alios antiquiores. Narrat cap. fin. num. 4. de simon. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 1. 5. quæst. 9. cap. 10. Courr. de marim. p. 24. cap. 6. § 9. num. 11. Stimula quæst. 6. de voto. n. 104. Gutiér. lib. canon. quæst. cap. 19. n. 5. Menoch. consil. 15. n.15. ibi testatur esse omnium, Barbola 2. pars. de potest. Epif. alleq. 33. num. 4. & 3. & alijs apud ipsos. Probat: quia non videat facultas dispensandi inferioribus commissa, nisi sentito iuriis ordine: at orto iuriis expositum dispensacionem præcedere causa cognitionem, cap. necesse, cap. dispensationis, 1. quæst. 7. & ex Trident. sess. 14. cap. 7. de reformar. & sess. 15. cap. 18. de reformar. Secundò & principiis mouetur, quia dispensatio facta sine cognitione causa, est facta sine causa; quia in tantum causa mouete potest dispensantem, in quantum cognita est: si igitur nulla illius cognitio præcedit, dispensatio non erit data proper illam, & consequenter erit data sine causa. Ex qua ratione sentit Suarez. loquens de voto, lib. 6. c. 17. n. 7. dispensationem voris factam absque cognitione causa nullam esse, etiam si in re causa subsistat, quod de omnibus legibus superioris dicere debet.

Neque obstat fundamentum contrarium. Date cognitio nem causa expostulari à Concilio, ut licita sit dispensatio à legislatore dispensante in propria lege: at in inferioribus expostulari pro forma; quia inferiores absque causa cognitione non possunt dispensare, & consequenter non possunt dispensare, quia causam cognoscant, alij dispensatio non nititur illi causa, si cognita non fit.

5 Sed inquires, an hac cognitione causa ad licet concedendam dispensationem requiri debet esse judicialis, vel sufficiat, quounque modo nota sit dispensanti. Menoch. alios referens, & latè probans illo consil. n. 15. & 16. judiciale cognitionem requirit, quia requirit citationem coram, quorum testis. & terminum datum ad allegandum: alij, inquit, non præcedit causa cognitio.

6 At nihil probabilis est, quounque modo dispensanti constet de causa cognitione requisita ad dispensationem, validè dispensare posse. Et in primis, quando causa notoria est, & manifesta, docent certè omnes Doctores, cum glossa cap. manifesta. 2. quæst. 1. cap. quis sine examinatione, disp. 21. & cap. fin. verbo qui concubina, disp. 51. Panormitan. cap. præterea. n. 11. de testibus cogendi. Sanchez alios referens lib. 8. de marim. disp. 4. num. 22. quia id quod est notiorum, examinatione non indiget: habent enim ac si iure esse probatum. Quando autem causa notoria non est, est tamen nota dispensanti, credo licet dispensantem concede dispensationem; qui cum à iure solidâ causa cognitione pro dispensatione requiratur, & hac cognitione judicialis, & extrajudicialis esse possit, immixti ad iudiciale cognitionem restingeretur. Adde cognitionem causæ requiri, ut vietum remittere dispensantem, quam omnino vitat, dum fibi de iustificatione causæ constat, & ita docent, relato Syllo. verbo dispensatio, in fine, & Bart. in L. Barbarus, f. de officio prætoris, n. 8. Suarez lib. 6. c. 13. num. 16. Salas disp. 20. sed. 9. n. 79. vers. inquit quidam, Basil. lib. 8. c. 15. n. 16.

7 Adjetto in fato externo nonquam admitti dispensationem, nisi proberetur testibus causam adfuisse legitimam, pro illius concessionem potest. Hæc tamen probatio potest datam dispensationem superueniente potest, qua facta admittenda erit in illo fato dispensatio. sic Suarez lib. 6. cap. 13. num. 26. Basil. lib. 8. cap. 15. num. 15. & 17. Nunquam tamè extitimo requiri necessario, ut ex ipsorum instrumento dispensationis proberetur adfuisse causam, aut illius cognitionem: sufficit, si testibus, aut alia via constet: quia & hoc instrumentum amitti potest, & nonnulli est statutum hoc loco genere probationis probati pot-

se, sic Suarez lib. 6. cap. 13. in fine, & pluribus exotis Sanchez lib. 8. al. p. 4. n. 5.

8 Neque obstat aliquid motu proprio Principis esse factum, non possit testibus probari, sed loquaciam afferzione Principis dicentis in concessione rescripti motu proprio duci, ut expressè deciditur cap. si motu proprio, de probandis in 6. Quantum dicamus certam scientiam, & cognitionem causæ ex afferzione tantum Principis probadanda esse. Non, inquam, obstat: nam motus proprius inibit ab solutam negationem, nonquam esse sic concessum expositulatum à Principe: que negatio aliunde quam ex dicto Principe probari nullatenus potest. Quis enim scire potest, si ante hanc, vel alterum annum quis supplicaverit Principi pro concessione facienda? At certa scientia, cum quid potius inclusa, probari potest al iude, quam ex dicto ipsius Principis: sic doceat glossa in suprad. si motu proprio, vero ex parte. Menoch. alios referens lib. 2. pref. 15. cap. 10. num. 7. Masc. de probat. concl. 8. 45. n. 2. Thom. Sanchez lib. 8. disp. 4. n. 5. Basil. de Leon lib. 3. c. 15. n. 17.

9 Addit insuper Sanchez num. 6. Menoch. num. 3. & Felix. cap. cum inter. num. 5. vers. intellige de exceptione, & Basil. n. 17. clausulam appositam. Ex certa scientia, in rescripto dispensationis solum operari quoad expressas causas, non tam operari quoad extrinsecas, que in rescripto expressa non sunt: que enim ibi non exprimuntur, quomodo potest intelligi à Principe esse cognita: ipse enim nequit omnia via dispensati nota habere, quod maximè verum haber in supremo Principe, iuxta cap. 1. de constitutionibus, in 6. qui nec tenetur, nec potest facta subditorum nosse; secus vero dicendum forte effet de Episcopico, aut Paletatis particularibus, quibus obligatio inest subditorum, vitam examinare, & eorum facta ceteribz prospectare, qui si dicant se ex certa scientia dispensate, videtur dispensare ex notitia, & scientia omnium impedimentorum, que subdit poterant obstat dispensationi, sic Suarez lib. 8. cap. 13. n. 14. cum Abate ex cap. innuit, de elect. num. 9. per rectum, & glossam ibi.

PUNCTVM XIV.

An credi debeat Prælato dispensanti præmissae dispensationi causæ cognitionem, præcipue, si id affirmet.

- 1 In fato conscientia optimè ei potest credi.
- 2 In fato externo si in propria lege dispensari. At si causam ex facto alieno pendente allegat ad dispensandum, ramis presumptiōne faciat, datus probatur in contrarium.
- 3 In dispensatione legis superioris credendum est afferenzi causam habuisse dispensandi, donec contrarium probetur.
- 4 Debet tamen declarari fatum in genere, si habuisse causam, alij probabilius est non esse credendum causam adeo.

1 Reuter dicendum est, si pro fato conscientia loquatur, dum tibi contrarium non constet credere potest. Præsumit dispensantem causam legitimam dispensandi habuisse, & cognoscere: quia delictum nonquam debet presumi, nisi probetur, si merito pro socio, ut effet delictum, si Princeps dispensari absque legitimam causam, ciuitate cognitione: non igitur est presumendum. Adeo, ut fidem possit alij in fato conscientia adhibere, sufficiat probabilis aliqua ratio, quod te non decipit. Videtur autem satis probabile, ut credas te non decipere Prælatum, quod nullum, vel leue ex toli dispensatione commodum illi accretat, inde potius grave dampnum, si absque causa dispensari, siquidem peccat. Ergo nixus haec ratione, cotidie procedis, si credas habuisse, & examinasse causam dispensandi, & ita teneat expedit Sotus in 4. disp. 21. art. 2. art. antepenult. & lib. 6. de iustit. quæst. 4. art. 3. & 2. in fine. Suarez de conf. disp. 4. fest. 3. & lib. 6. de leg. c. 13. n. 16. Th. Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 15. & 16.

2 Si autem pro fato externo loquuntur, distinguendum est de dispensatione in propria lege, & in legi superioris, sive positiva sit, sive naturalis, vel diuina. In dispensatione ergo propria legis admittetur credendum esse Prælato dispensandi habuisse causam, si ipse afferat, quia cum ipse absque causa dispensari possit, non est cur de examinatione causæ pro valore dispensationis mouetur dubium. Quod si causam aliquam allegat, que ex facto alieno penderet, ut se semper soler fieri in dispensationibus; etiæ eius dictum presumptiōne faciat, non tamen adeo efficacem ut in contrarium non possit admitti probatio, ut pluribus allegatis docet Malcard. de probat. concl. 12. 13. à v. 35. & seqq. Menoch. volum. 1. consil. 10. n. 25. quia id non est Principem arguere mendacij, sed inculpabilis ignorantiae, & deceptionis; non enim omnia specialis potest Princeps cognoscere, cap. 1. de conf. in 6.

3 In dispensatione autem legi superioris, quamque dispensans

spesias absque causa concedere non potest, si ipse testetur causam adesse, credendum illi est, donec contrarium probetur: sic Cramer, conf. 1.5. num. 42. & tractat. de antiquis. tempor. part. I. num. 32. Menochius plures referens conf. 100. num. 29. & 30. Malcard. col. 1233. num. 109. & seqq. rationem reddunt, quia dictum superioris dispensantis circa causam, facit grauem praefampionem eam adesse, pro qua standum est, donec manifestis rationibus elidatur: in modo non contempnendis Doctoribus placet integrè probare Principis afferationem, neque posse probationem in contrario admitti, sic docuit Bald. in conf. 328. Quarum si Rex col. penult. versi. porrò in Princeps. lib. I. & conf. 327. verbi. item omnes Reges. Socio. Senior confil. 4. col. 3. lib. 3. & conf. 87. n. 18. Iaf. confil. 217. col. 8. lib. 2. & conf. 236. col. 2. lib. 2. Alexander. confil. 103. num. 11. lib. 5. & alij relati a Cramer, illi tractat. de antiquis. tempor. Menochius n. 26. & 27. Malcard. num. 108.

4 Quid si Princeps dispensando in legi illa superioris non declarauerit, ex qua causa moverut latentes in genece aferentes recta scientia & sufficiens informatione causam moveri, probabilius est non esse credendum ex causa iusta factam esse dispensationem, ac proinde nec validam esse: cum quia frustra expulsa est causa pro valore dispensationis, si quories fit dispensatio, semper adesse causam sit presumendum. tum quia debet Princeps significare non temetè, sed cordate, & ex iustis ordine, sententia ex cognitione cauæ & proe. sisse, cum auerteret non significaverit, misericordia eius dispensatio repudiat. sic tenet Menochius de præsumpt. lib. 2. totu. præsumpt. 20. & conf. 100. numero 30. & 31. Malcard. & probat. q. 1. lib. 1. 33. num. 109. Nauar. lib. 3. conf. 11. de regulari. conf. 56. & commun. de p. 11. lib. 1. 13. q. 2. & 2. num. 7. & 8. Sanchez. lib. 3. diff. 17. n. 14. & 16.

P V N C T V M X V.

Quas conditiones seruare debeant hi, quibus committitur dispensacionis expeditio.

Sicut aliqui, quibus non tam facultas dispensandi, quam dispensatio ipa expedientur committitur. Videadum e.g. est, quas conditiones seruare debent tem dispensatione concessa pro fato extenso, quam concessa pro fato conscientie.

S. I.

Explicitur clausula, quæ communiter apponi solent in dispensatione pro fato conscientiae.

1 Explicatur prima clausula de qualitatibus in delegato requisitis, est, inquam, Magistrum in Theologia, vel Doctorum iure canonici. & ab ordinario approbatum.

2 Sacerdotes Societatis Iesu habent hoc privilegium, quamvis non sint gradu Doctoris, vel Magistri insigniti.

3 Potest dispensandus relatio uno dispensante, alium adire in dispensationibus concessis pro fato interno, secus pro fato externo.

4 Primitere debet dispensans causæ cognitionem, alias non est dispensatio: ut dico tamen non invaco dispensandi creditur. & explicitur reliqua alia conditions.

5 An abolition sacramentalis primis debet? Affirmat Basil. de Leon.

6 Probabilis est oppositum.

7 Qua ratione facienda est communatio ipa opera.

8 An necessario littera dilaniande situr.

9 Qua ratione impedimentum dispensandum debet esse occultum.

10 Neque ad contentiosum forum deditum.

11 Quid si deductum fuerit. Non fuit probatum integrè, sed sempli.

12 Quid si plene probatum, & panis.

13 Qua ratione coniux impedimenti ignorans conscius debet fieri nullitate prioris matrimonii.

14 Quid de potestate legitimandi problem in his dispensationibus concessa.

Hanc dispensationis formam tam pro voto castitatis, quam pro quolibet alio impedimento ad matrimonium contraneendum retinet Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. n. 1. videlicet potest.

Prima ergo clausula continet qualitatem personæ, cui committitur dispensatio. Requiritur enim, ut talis delegatus inserviat sit gradu Doctoratus canonici iuris, in aliqua Academia, vel Magistri in Theologia: neque sufficit esse Licentiam in decretis, aut Theologia, aut Doctorem iuri Cœlesti. Neque item harum facultatum proficerem in Academia ap-

probata, quantumvis idoneum. Item nec sufficit esse Magistrum in Theologia ex instituto aliquarum religionum, sed necessariò requiriatur, ut gradu Doctoris, & Magistri insignitus sit in aliqua vniuersitate approbata, iuxta texum in cap. statutum, de re script. in 6. Item neque sufficit si communis errore quis existimat magisterii gradum habere: si quia communis error non dat qualitatem, sed iurisdictionem: cum autem in presenti qualitate in persona electa requiratur, & haec deficiat, deficit conditio, ut valide eligi possit, sic Basilus lib. 8. cap. 21. §. 1. num. 13. Insuper requiriatur esse ab ordinario approbatum ad confessiones expediendas; constat ex tenore literarum, quæ communiter expediantur, quasque referi Sanchez lib. 8. disp. 34. n. 1. 2. & 3. Salas disp. 20. de legib. sct. 10. n. 96.

Quae autem approbatio requiratur? Thomas Sanchez disp. 34. num. 16. sufficere placet, etiam si pro singularibus personis data sit verbis gratia, pro virtus, non pro scimus, pro personis huius oppidigula uile sit approbatus: neque approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. At probabilius credo non sufficere, si respectu latoris approbatus non sit. Tum quia est factus probable non posse has litteras expedire, nisi præmissa faciat confessionem. Ergo qui illam efficeret non est capax, non erit capax huius delegationis. Adde approbationem debere esse comparatione alium; ergo comparatione illius, qui illius ad dispensandum erigit, sic docet Basilus lib. 8. cap. §. 1. num. 13. Si autem ex communis errore aliquis existimat parochus, vel appiebarus ab ordinario, is validè expedire has litteras: quia is, qui ex communis errore approbatus existimat, ab ordinario approbatur, & iurisdictione ei conceditur, secus vero est in qualitate Magistri, ut diximus, si magistri non est qualitas concedens iurisdictionem, secus approbatio.

2 Sacerdotes tamen Societatis Iesu v. quibus Generales, aut alii superiores permisérunt, priuilegium habent ad expediendas has litteras, ex priuilegi. Gregor. XIII. concesso 3. Aprilis anno 1. 82. constatque ex compendio priuilegiorum, virbo Confessarius. n. 3. licet nullo gradu Doctoratus, aut Magistri insigniti, tradit Sanchez suprà n. 11. Basil. c. 21. num. 13. Salas disp. 20. de legib. sct. 10. n. 97. Rodig. tom. I. 99. regul. q. 63. art. 8.

3 Quid si hic Doctor, vel Magister judicet esse subiectum, aut invalidam dispensationem, potest mutare postea sententiam, vel imperans dispensationem potest alium adire, qui sibi videatur dispensationem validam esse indicatur. Ratio est, qui ha. dispensationes, cum committantur Confessario in fato conscientiae tantum, sequuntur naturam illius fato, in quo potest iudex sententiam datam revocare, vel penitentis aliud denud adire, ut patet in eo, qui ex priuilegio ad absolutionem censura, aut peccari, aut ad voxi communionem elegit confessorem, potest alium & alium adire, quando primi electi sententia ei non placuerit, sic Sanchez disp. 27. n. 40. Basil. n. 14. Secus vero est in dispensationibus, quæ pro fato externo conceduntur; ibi enim si iudex delegatus declaret esse subiectum, aut validum, cum factus sit officio suo, ad quod fuit delegatus, non habet amplius quid faciat, neque aliis adiri potest, ut communiter tradunt Doctores in 1. iudex postea quam, ff. de re indicata, & docet Sanchez disp. 27. numero 39. Basil. num. 14.

4 Secunda clausula continet conditions alias obserandas ante dispensationis expeditionem. Debet enim Confessarius verificationem causarum, que allegatae sunt ad dispensationem, indagare. Vnde si abique examine, cognitione causarum dispensationem expediatur, nulla erit dispensatio; quia Pontifices non vult prodestis dispensationem, nisi sit conditio, & forma huic examini, ut contact ex verbis dispensatoris appositi. lib. 1. si ita esse per diligentem laoris examinationem, ac post monita. & confititia oportuna illi prestita, inseritur. Quod adeo verum est, ut etiam si causa subficeret, nulla esset dispensatio omisso hoc examine, quia omittitur forma, & conditio requiratur cum Gutiérrez docet Sanchez disp. 34. num. 26. Salas disp. 20. sct. 10. n. 97. Basil. num. 16. Examen hoc non debet fieri recipiendo testes, sed solum interrogando ipsum latorem, cui in hac parte fides est omnino adhibenda. An autem requiriatur iuramentum à latore expostulari? Dicendum, inquam est, necessarium non est, quia diligenter examinari potest latore, abique eo, quod iuramentum grauerit, sicuti examinatur in fato conscientiae: cui fato haec expedicio maximè est conformis Sanchez disp. 34. n. 21. Salas sct. 10. n. 97. Non tamen condemnatur eum, qui vt plenius sibi iuratis faceret, hoc iuramentum à paribus expostularet, sic Basil. num. 16, quia haec expedicio non plene imitatur sacramentalis forum. Si tamen constat causa esse posteriorum, & manifestam, vel ipsi confessario talis cognitam, nullum erit examen necessarium præmitendum quia certa causa, ob quam mandatur, scilicet cognitio veritatis. Thomas Sanchez Salas, Basil. suprà. Quid si Confessarius aliunde cognoscit causam: si falsam, non debet credere latorem, nec potest ex qui dispensationem: quia hoc examen ad veritatem indagandam in assument, que cum iam indagata sit, impertinet est latore in contrario testimatio, sic Sanchez, Salas, Basil. suprà. Confilia

Consilia autem, & monita, quæ Confessarius adhibere debet ad veritatis cognitionem ordinantur: probable autem est hac non necessario requiri, sed ex æquitate, & conuenientia; sufficiat enim veritas indagatur interrogacione confessoris, & responsione oratoris. sic Sanchez num. 17. Salas num. 97. Basil. num. 16. Additur infra in scripto, ut cundem à mutatione propositi absolues hac vice, in forma Ecclesie confusa, ieiunata penitentia salutari. A mutatione, inquam, propositi, si forte culpabilis fuit, debet dari absoluto; ut si habens votum castitatis, illud fuerit transgressus: tunc enim debet absoluvi ab illa transgressione, per illam enim mutavit propositum ante votum conceperunt.

5 An autem hæc absolutio præmitenda necessaria sit dispensationi, vel dispensatio concedi debet auditæ peccatum confessione? Basil. de Leon lib. 8. cap. 21. §. 1. numero 17. affirmit. Mouetur, quia Penitentiarius virtutem in his dispensationibus ea voce in foro penitentie, quæ non potest extra sacramentum aptari. Deinde quia omnia, que in his litteris contineuntur, indicant sacramentalē confessionem. Primum, quia virtutem verbo absoluendi, & in forma Ecclesie confusa. Secundum & præcipue, quia requirit qualitatem approbationis, quæ superuacuance videtur; postea qualitate magistrorum, si confessio non requiritur.

6 Nihilominus probabilis est hanc dispensationem expediti posse, quin confessio sacramentalis præmittatur. sic Sanchez disp. 34. numero 29. Galicæ de cogn. spirit. ap. 23. num. 2. Salas de legib. et. 10. num. 98. Ratio præcipua est, quia ibi Ponitix non dicit dispensationem expedientiam esse pro foro penitentie, sed pro foro conscientie, forum autem conscientie non est forum sacramentale, sed facultatum, & extra iudiciale, ut optimè tradit ex Propositi. præterea, et. n. 5. de sponilib. Sanchez suprad. docuit Navari. sum. cap. 7. n. 41. Et lib. 2. confit. de pr. uii. confi. t. 2. in 2. edit. Saa verbo excommunicatio, num. 1. Eman. Rodriguez tom. 2. reg. qq. quest. 61. art. 10. Item absolutione danda ei, qui mutant propositum votum transgredivi, non expulsiatur a Ponitice, ut condito, & forma ad dispensationem concedendam: tunc, quia non semper hæc absolutione necessaria est, quia non semper qui voti fuit transgredivi: tunc quia quando est necessaria absolutione, non videatur esse ad dispensationem: sunt enim res omnino diversæ, neque in scripto est aliquid verbum, ex quo colligi possit hanc absolutionem prius, & necessario dandam esse, & aliter factam dispensationem esse nullam. Nam quod Penitentiarius virtutem verbo absoluendi in forma Ecclesie confusa, non arguit hanc absolutionem præmitendam esse dispensationi necessariam, poterit enim subsequi, vel omitti, quin dispensatio annuletur. Duplex enim potestis in his litteris confessori committitur, altera absoluendi, si forte latore transgredivi fuerit sui propositi; altera dispensandi in proposito, seu voto, vel impedimento, quæ vota ab alia non pender in exercitio. Quod si inter facultarem illam absoluendi non videbitur necessariam, cum ipse approbatus ab ordinario illam habeat? Respondet optimè Sanchez illam sèpè non habere: si quis sapientia transgredivi voti est reservata in diecessi. Neque etiam arguit hanc absolutionem debet præmiti qualitas approbationis requisita in dispensatione: quia hæc qualitas requiritur, tunc ut possit absolutione concedi, quando de facto necessaria est: tunc ut Ponitici omnimodo constet de scientia illius, qui committitur dispensatio. Et per hæc fit scis rationibus Basilij.

7 Tertia clauilula continet communiationem in pia opera, quam debet Confessarius virtute huius privilegi, & delegations facere. Citera quam conditionem obseruandum est non esse in potestate dispensatoris hæc opera omittere, quia opponitur pro forma; poterit tamen ex moderari, proti lib. vñsum fuerit, dummodo aliqua singulis diebus facienda exprimat. Sanchez disp. 34. à n. 33. Basil. v. 18. Salas num. 98. dicitur enim in scripto: Commutes (solicet votum) in frequeniam sacramentalis confessionis, singulis scilicet mensibus semel, vel quoties tibi videbitur, & in alia penitentia opera inuengenda, inter quæ sine aliqua pietatis opera, quæ quotidie facere reñear. Quapropter licet tibi imponere dispensando non singulis mensibus, sed tertio quoque mense confessionem, & opera religiosis, vel pietatis quotidiana, quæ tibi vña fuerint saluti dispensandi vitiora: hic enim finis attendendum necessari est, sic Sanchez disp. 34. à n. 33. Basil. lib. 8. c. 21. n. 18. Salas disp. 20. de legibus, sect. 10. num. 8. An autem iniungi possit opera, vel confessiones, alias et voto, vel penitentia debita? Salas num. 98. affirmit. Et probari potest quia illa opera debita non titulus, non obstat, quoniamus alio debeantur. Item cum tibi imponitur singulis mensibus confessio, non intendit Confessarius mente, quo præcepto Ecclesie satisfaciat, duplice confessionem, ut Sanchez docet n. 37. Ergo iam confessio debita ex præcepto iniungi potest. At credo communiationem necessariam esse faciendam in opera supererogationis, quia ea videtur esse mens Ponitici, obligare, inquam, dispensandum, alias non obligatum; cum enim gratia tollat impedimentum, vnde loco illius, ut aliquid Deo gratiosum subrogetur. Et confirmari potest ex penitentia in sacramento iniuncta, quæ absoluere prolatæ de-

operibus alias indebitis intelligi, sic Sanchez num. 37. Basil. num. 8. Neque obstant rationes contraria. Concedo posse opera multiplici titulo deberi, atque adeò posse Pontificem in opera aliâ debita admittere communionem: at dum non exprimit, non est ita continentur. Quando autem singulis mensibus imponitur confessio ex benignitate Ponitici, sub-intelligitur mensis exceptus, in quo præcepto Ecclesie vis facere faris.

8 Quarta clauilula est: ut hæc litteræ dilanientur à Confessario, nec tradantur oratori, & si ei traditæ fuerint, nihil ei suffragentur. Circa quam conditionem aduerso non esse de substantia dispensationis cum eam dispensatio præcedat; mens enim Ponitici solum videtur esse, ne illæ litteræ in foro externo suffragentur impetranti, non tamen infirmare in foro conscientie dispensationem factam. sic Sanchez num. 43. Basil. num. 19. Salas n. 98. cives finem.

9 Quinta clauilula est, ut impedimentum in ratione impeditum occulatum sit, hoc est, non publicum, & notorium tale delictum adesse, sicuti dicitur in Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. dicitur occulatum, non quod non potest probari, vt tener Graffis tom. 2. confi. sub tit. de homicid. cons. 2. num. 20. Nicol. Garcia de benef. 7. pars. ap. 1. num. 46. id quod non est publicum, hoc est, quod non est cognitum à maiori parte vicinia, in qua sint ad minus decem personæ. sic Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 37. num. 21. & lib. 8. disp. 34. num. 55. Et in D. cal. lib. 2. c. 11. num. 19. Barbola 2. p. de posse. Episcop. all. 39. num. 24. & 25. ubi innumerous teſſerunt.

10 Deductum ad forum contentiosum hon dicunt, ex eo quod iudicis delictum denuntiatum sit, sed ex eo, quod pars sit à iudice citata; quia à citatione incipit iudicium, §. fin. In ista de pena temer. litigiorum glossa in rubr. C. de in ius vocand. Riccius in præf. Ecclesiast. resol. 49. in 2. edit. ep. in 1. 522. Sanchez locis alleg. Imò non paucis, neque contentiendis Doctoribus placet, non diei deductum ad forum contentiosum, quousque lis contestata sit, sic docet Barbola 2. p. de posse. Episcop. all. 39. n. 29. & seq. Mouetur primum, quia vñque tunc non vere datur inter partes contentio, negando, vel confitendo: per confessionem enim, vel negationem actu li contestatur, ut alii relatis docet Farinac. tom. 1. præ. crimin. quest. 10. sub. n. 35. ad finem. Secundum, quia forum contentiosum est idem ac iudicium, sed iudicium propriè non est, neque ad litteras contentiacionem, ex allegatis per Lancelot. de attenuatu. in præf. numero 7. Pegrin. varior. l. b. sub rubr. de iudic. num. 54. Tertio, quia forum contentiosum dicitur ex eo, quod in foro, seu iudicio concedatur, sed contendere in iudicio, est idem ac mouere item in iudicio: at in iudicio non contentur nisi mora, neque fuitur contestata, ex text. in cap. ex parte, 30. de verb. signif. & tradit Maranta de ordin. iud. p. 5. t. 2. & omnia fiant durante instantiam. 64. Sudus de alibi, t. 5. q. 8. n. 4.

11 Quod si postquam deductum est ad forum contentiosum in illo foro factura absoluuntur: iam tunc occulatum delictum est, & poterit dispensari, quia non potest dici eum effectu deductum, & quia per absolutionem manet magis occulatum, quām si nunquam ad iudicium deductum fosset. sic Sanchez & Barbola locis suprad. allegatis. Quod habet verum, etiam modis depravatis obtinueris absolutionem, sic Suarez de censur. disp. 4. 1. & 2. à n. 6. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 37. n. 12. & lib. 8. disp. 34. num. 57. Barbola num. 33. Limitat autem Suarez hanc contentiam. vt intelligatur, quando absoluio dictu est de delicto, eo quod non fuerit probatum; secus verū si semiplene probatum fuit. At merito à Sanchez libro 8. disp. 34. num. 57. reiñicetur, quia tunc absoluio ad instantia iudicij, neque potest iam illud delictum in iudicium deduci, nisi ex novo circumstantiis superercentibus. quare dum illæ non succedunt, iam manet illud delictum occulatum, siquidem per illam sententiam interlocutoriam purgata fuit informatio certa ex illa semiplena probatione; & facit id, quod docet Barbola num. 34. cum Sayo, Mayol. & alii. Quod si iudicium non fuerit sententia finalium, eo quod acculatur per annum tacere, manete occulatum, ita vt possit dispensari.

12 Sed quid si delictum sit, & probatum, & puniū, erit ne tunc dispensabile? Affirmat Henriquez lib. 14. cap. 9. numero 5. Aula de censur. part. 2. disp. 2. dub. 7. & p. 7. disp. 10. dub. 7. Sanchez in Decaleg. lib. 2. cap. 11. n. 11. vers. sed quod. Reginald. lib. 30. præ. tradi. 2. num. 29. Mouetur quia cestas ratio, quare delicta publica, & deductum ad forum contentiosum prohibeantur dispensari, quæ est ne impediatur eorum iudiciale puntio. Carterum est in dispensatione irregularitatibus, inhabilitatis, excommunicationis, & aliorum impedimentorum commissi Episcopis in Trid. id censent ut probable sustineri posse. At in his dispensationibus, quæ à licita Penitentiario pro delictis, & impedimentis occulitis conceduntur, nequam auctor, quia ibi perire, ut delictum sit occulatum. Quid ergo magis publicum, quām quod nulla tergiueratione celari potest, & super quo in iudicio est lata sententia? Et ita de omnibus genetaliter negat dispensari, vel absoluvi posse. Barbola illa 4 alleg. 39. num. 35. cum Gutier. lib. 1. canon. qq. cap. 3. ad fin. Eman. in summ. 1. part. 6. 868. in fin. Suarez disp. 4. de censur. sect. 2. p. 5. ad fin. Bonacina

de censuris, &c. put. I. quæst. 3. punct. 2. n. 2. & disp. 7. quæst. 5. p. 2.

^{1.} Sexta clausula est, ut coniux impedimenti ignarus certior sit factus de nullitate prioris matrimonij: & ponitur hæc notitia iub ablatio absoluto, quod videtur conditionem necessariam importare, ex l. à testatore, ff. de condit. & demonst. Ceterum multi placet sententia Sanchez illa disp. 34. n. 61. illam non potiam non apponi pro conditione ad dispensationem, sed in iustificatione Confessarij, qui cum videat id fieri posse, quia iudiciorum delictum dereliquerit etiam sub gravi suspicione, id factum sicut secundum si abque grati suspicione delictum, certiorari non potest coniux de nullitate prioris confessus. Item sapere haec notitia fieri non potest, quia graves iniuriae inter conjuges oriantur, maximè si impedimentum fuit ex parte feminæ. Ergo in illo casu non est credendum velle Pontificem certiori facere coniugem de nullitate prioris matrimonij, quia est certiorari virum dedelicto feminæ. Addicillam clausulam non tam expostulati à Pontifice pro valore dispensationis, quam pro matrimonij restauratione, quia, cibimauis infatuari non posse matrimonium, nisi certiorato coniuge de nullitate prioris confessus: at virigeni causa est probable fatis infatuari posse, quin habeatur talis notitia. Ergo ad summum intelligitur esse facienda, quanto pro restauratione matrimonij expostulatur.

^{2.} Potest legitimandi problema concessa in his dispensationibus solam etiam prodiret pro foro conscientie, unde pro foro ipso potest, & tunc patenti succedere, & ad ordinem accedit, non tamen in foro externo. Quare si beneficium ei collatum sit, & impedimentum manifestatur, imperiari ei potest ut omnino vacans, & collatum illegitimum; quia solum pro foro interno profite dispensatio. Quando vero ex parte viri est bona fides, proles in vitroque foro legitima est: neque inveni opportunity clausula decreta legitima esse problem, uti seculapii colluntur. Ultimum adverte has dispensationes gratis temper exhiberi, neque per modum recompensationis aliquod expostulari, ut contat ex verbis illici apollinis, & ex communis stylo.

S. II.

Explicantur clausulae apponi solitae in dispensationibus pro foro externo.

1. De qualitate delegati.

2. Quæ causæ & quibus modis dispensatio concedenda sit.

3. Possumus delegari ha dispensationes? Proponitur dubitandus ratio.

4. Resolutus examinationem testimoniū, veritatis indagationem delegari posse, non absolutionem, neque dispensationem, neque prolixi legitimationem.

Hæc clausulae opponuntur à Sanch. lib. 8. disp. 35. à n. 1. 2. 3.

Prima continet personam cui dispensationes committuntur expedienda, qui est officialis, diocesanus. Nominis officialis qui veniat intelligendus, latè dixi in tract. de priuilegiis ibi nom probavi debere esse vicarium Episcopi, vel illius, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet, quales sunt aliqui Abbates, vel priores, sic Basili. lib. 8. cap. 2. 1. num. 20. Riccius in praxi de al. 52. vbi testatur sic declarasse summum Pontificem: si autem contradictione diversæ sint dictæ, sufficit, si ordinario minus littera præficiatur. Basili. suprà Sanchez disp. 35. n. 5. quia absolute est illorum ordinatus unius dictæ, & alterius indistinctæ.

Secunda continet causas, ob quas expedienda est dispensatio quando ex causa conceditur, quas causas explicamus, cum speciatur de dispensationibus concessis pro matrimonio constabendo dissentimus.

Tertia continet modum, quo hæc causa debent verificari. Non enim est necessarium officiali cui taliis expeditio concedatur. Notario, & testibus iuratis veritatem inuestigare, sed quomodo cumque de veritate causarum, quæ ad dispensationem concedendam sunt allegatae, certus fiat sufficiens est ita. Paul. volum. 4. consil. 75. num. 5. Basili. lib. 8. cap. fin. num. 25. & lib. 5. cap. 3. 2. n. 3. vbi quando aliquis relinquatur iudicio aliorum, id est ac tenuiū conscientia, nec judicialem indaginem requiri ut constat ex multis iuribus, quæ colligit glossa in cap. fin. de revo. & esp. nisi cum priuilegio de renunciâ ad finem ibi testatur, minus reliquendum & pascipue cap. statuum, de re scriptis in 6. assessori ibi, quod conscientia relinquatur eiusdem vbi glossa, cum enim hoc conscientia relinquatur ipsius. Ergo solus Deus, hic, & nullus alius est iudex, vel cognitor, quam glossam pluribus exortat Philippus Francis ibi, num. 6. Quid si in dispensatione affirmit Pontifex dispensare ob aliquas causas, que contrahentibus pontificis mouentur, ut cuperent se inducere copulari; cum tunc nullius cause in particulari mentio sit, eaenctus pontifex gratis dispensare, pecunia à

contrahentibus in subsidium data. Neque tunc tenetur commissarius, cui expeditio dispensationis delegatur inuestigare causam aliquam, vt recte docet Sanchez disp. 35. num. 24. Neque obstat mandari officiali in his dispensationibus, vt inuestigetur, an preces veritati nitantur id enim solam ad impedimentum refutetur, hoc est inestigetur, an vere sint impedimenta, vt possit dispensare, vel solam ex communis stylo curia operantur.

Quarta clausula est quæ etiam habet in dispensationibus pro foro conscientie, vt fiat gratis, nec aliquid etiam sponte oblatum accipitur, quod quatra ratione verum sit late dicimus de simonia.

5. Sed inquires, an hi quibus ha dispensationes committuntur, possint casus subdelegari, vel falso informationem cauere, aut aliquid simile.

Ratio difficultatis est, quia videtur in his dispensationibus electa industria personæ. Dicitur enim, discretio tua, de qua in speciale in Domino fiduciam obtineamus. Item conscientia encratia dispensantis, tam in examinatione veritatis, quam in dispensatione facienda: ar quoties conscientia alii quis grauatur, videtur subdelegatio prohibita, & persona industria specialiter electa, vt tener Iason. in l. à indice. cap. de indic. num. 11. limitat. 5. Bald. in cap. si pro debilitate de officio deleg. num. 6. Imola in cap. fin. 6. eodem tit. Leo in tribus fôri Ecclesiæ, cap. 15. num. 49. Et casu quo nominatae personæ dispensatio expedienda committeretur, affirmat Graffis de s. 9. casum conscient. lib. 1. cap. 13. num. 19. Sanchez lib. 8. disp. 27. fin. num. 43.

6. Nil hiliosius dicendum est, etiam si personæ nominatae committio fiat posse veritatis indagationem, examinationemque testimoniū delegari; non tamen dispensationem, neque legitimationem prolixi, neque ab solutionem, impositionemque penitentiarum seu communicationem in pia opera. Priorē partem, scilicet examinationem testimoniū, indagationemque veritatis delegari posse, tener Abbas in cap. vol. 5. 1. de officio delegati, num. 7. & in cap. cum in verbi, in principe de electione. Nauar. consil. 6. de officio deleg. num. 7. in eod. Marc. Anton. Genuen. cap. 83. num. 5. Nicolas Garcia plures alios referens. 6. p. de benefic. cap. 2. à num. 100. Thom. Sanchez lib. 8. de dispensat. disp. 27. num. 43. Menoch. tom. 1. consil. 17. num. 12. Ratio est, quia examen testimoniū, indagatioque veritatis actus est iurisdictionis, ac proinde delegari potest. Secundam autem partem, scilicet dispensationem, legitimationem prolixi impositionemque penitentiarum delegari non posse, tenet fere omnes doctores lupi relati, præcipue Thom. Sanchez, & Menoch. quia est nudum ministerium, quod subdelegari non potest, ex doctrina recepta, in cap. fin. de officio delegati, quare pluribus exhortat Felini ibi, §. vlt. ad fin. ver. 14. Graffis decr. 157. in addition. ad eam. num. 6. & 7. Genuensis cap. 83. num. 6. Et de legitimatione prolixi est alia specialis ratio, quare subdelegari non possit, quia est ex Principe referenda figura sua supremæ iurisdictionis. §. 6. ver. 15. qui solimodo in auct. quibus modis natus. ff. 1. u. Bald. in l. 1. col. 1. C. de iure aureorum annul. Felini in exp. ultim. n. 4. ver. fallit. in referendis, de officio delegati, & Purpurat. in l. 1. num. 373. & 374. de officio eius. Menoch. dicto consil. 17. num. 9. ac vbi referuntur Principi delegantur, subdelegari non possunt. vt tradit ibi Menoch. cum Baldo in rimb. de officio deleg. & cap. vlt. eodem titul. & ibi Felini. n. 4. Ias. in l. à indice, column. ultim. verbi. 13. limitat. Cod. de indic. Decio, Alexand. Pupurato. & aliis. Ergo.

P V N C T V M XVI.

De causis ex quibus dispensationis rescriptum reddatur nullum

Tripliciter dispensationis rescriptum reddi potest nullum. Primo, si deficit causa requisita ad dispensationem. Secundo, si deficit potestis in dispensante. Tertio, si deficit, consensus. De primis duobus modis satis lugere in hac disputatione dictum est. De tertio restat nunc dicendum. Consensus namque deficere potest. Primo, si dispensans cogatur per merum cadentem in virum constantem concedere dispensationem. Secundo, si per ignorantiam, vel errorum inducatur ad illam concedendam.

S. I.

Quid de consensu per metum.

1. Probabilis censio si causa legitimata intercedit non esse irriterabilem dispensationem.

2. Secus si adeo causa, nisi in propria lege, dispensatio concedetur.

3. Debet tamen dispensans absolutam voluntatem habere dispensandi.

x Es

ET quidem de consensu coacto omnes illi doctores, qui affirmant metum iure naturae annulare quilibet contractum, consequenter affirmabant annulare dispensationem. At quia loquens de metu probabilius, confui ex hoc capite non esse iure naturae irritum contractum, censeo neque dispensationem sic extortam esse irritam, si causa dispensandi alias intercedit, quia metus non tollit voluntarium, etiam si illud diminuat. Quapropter si demus dispensationem habere voluntatem dispensandi, non obstante iniuria per metum sibi facta, dispensatio obtinebitur. Iure autem postiuero non inveniunt talis dispensatio irritata, & annulata? Solum enim in abolutione ab excommunicatione inveniuntur causam esse nullius effectus. cap. viii. de his quae in 6. quod non licet excedere ad dispensationem, que est omnino diversa. Qua doctrina tam in dispensatione legis positiva, quam naturalis, licet voti procedit, ita tenet Suarez lib. 6. de legib. c. 21. n. 21. Et lib. 6. de voto. cap. 27. n. 7.

DXI. Si causa legitima dispensandi in lege intercedat, quod nonante apposui ob dispensationem conciliam in voto, iuramento, & qualibet lege superiori; in quibus si dispensans cogere concedere dispensationem, legitima causa dispensandi non proposita, nulla esse dispensatio non tam ex metu, quam ex defectu causa, quod optimè adiutat Suarez lib. 6. de voto. cap. 27. n. 18. At si cogitur dispensare legitima causa intercedere, iustas videat ut etiam metus incausus: neque conqueri potest Praetulus de tali incusione, p. recipere si causa, sit, ex qua debebat ipse dispensationem concede. Quod si metus legislatori efficit incausus, ut ipse in propriis legibus dispensationem concederet, & de facto concederet, nulla illi allegata causa, dispensatio tenet, quia illam dare potest absque causa, praepuc cum ex parte ipsius sufficiens causa sit honestandi dispensationem, metus incausus.

Dixi similiter, si dispensans habet voluntatem dispensandi, valere dispensationem quia sufficiens fundatum est, ut presumatur, non animo sed verbo tenus dispensationem concedere. At quia etiam est presumptio neminem alio sensu verba proficeret, quam in animo haberet, ex e. humanae aures, 12. quae, sibi humanae aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant. Quare nisi manifeste constet de contraria voluntate, pro verbis iudicari debet ut tradit glossa in supradicto cap.

S. II.

Quid de consensu per ignorantiam, vel errore.

Ignorantia, vel error tollens voluntarium, annullat gratiam & qualibet dispensationem.

Rescriptum gratia per subcriptionem obtentum ipso iure est nullum, Rescriptum iustitia venit annulandum.

Debet in rescripto attendi, quod si primò concessum, ut intelligatur, quando est rescriptum gratiae, quando iustitiae.

Tacturitatis, veritatis, vel expresso falsitatis, ready supradicto modo rescriptum nullum, tamen in culpa non sit.

Si decipio committatur circa substantia, vel circa personam, cui committitur, rescriptum annulatur. Explicatur exemplis, de substantiis in materia rescripti.

Explicatur de errore commissio circa personam.

Quid si ex errore concedens dispensationem intelligit esse alium ab eo cui re vera concedit. Affirmat Sanchez valere dispensationem.

Probabilius est oppositum.

Presupponenda est int. aliqua certa, ut gradum ad difficultatem faciamus.

Primum certum est, detur ignorantia, vel error, qui voluntatum tollat, de dispensationem, & qualibet aliam gratiam & rescriptum esse nullum i. quia haec concessiones fine voluntate concedentes habere non possunt effectum. Dupliceiter autem error, vel ignorantia contingere potest. Primum si causam ex qua impedit dispensatio, raccas. Secundum, si falso exprimas causam, ex qua conceduntur; quocumque enim ex his modis error, vel ignorantia contingat, dispensatio, gratia, & quodlibet aliud rescriptum nullum est, habetur cap. ex parte cap. fidei, c. se proponente, cap. constitutus, cap. polniflatis, de rescript. cap. quia circa, de consanguinitate, & affinitate, inter dilectos, vel filios, de fide instru. cap. v. de filiis presbyter. in 6. & l. quod si nullum est de desiderio, edic. Ratio est quia non intendit Pontificis tali errore, vel ignorantia stante rescriptum concedentes quolibet enim rescripto subintelligunt hac conditio, si preces veritati nitantur, que cum à veritate aliena sint, vel per suppressionem veri, vel per expressionem falsi, conditio requiri ad rescripti valorem non sufficit, & consequenter neque rescriptum. Quid adeo verum est, ut etiam in rescripto non dicereetur explesse, si preces, veritati nitantur si de facto non nitantur veritati rescriptum nullum est, ut est decisio expressa in cap. ex parte, de rescript. ibi, in huiusmodi litteris intelligenda est hac conditio, etiam non appo-

natur, si preces veritati nitantur, quia est conditio, qua de iure inest ut bene explicat glossa ibi. Nec obstat textus in 1. fin. C. de diversis rescript. ex qua videbatur ad iurisdictionem rescripti necessarium esse hanc exprimi conditionem: inquit enim lex, sub ea conditione profert praeceptum, si preces veritati nitantur. Ergo quando non sub ea conditione profert rescriptum, nullum obtinebitur. Non inquam, obstat: cum quia ibi non praecipiatur rescriptum profert sub ea conditione expressa, quia id necessarium sit ad iurisdictionem rescripti, sed quia est conueniens sit profert, ut nemini de tu locis dubitet. Tum, quia verbum illud, profert, non videtur sumendum in rigorosa significacione, ita ut intelligatur praecepit ab illa lege, in quolibet rescripto hanc exprimi conditionem; non enim videat hic sensus esse, cum videamus plura rescripta hanc expressam conditionem non continere, sed sensus est sub ea conditione prolatum censes, praecepimus; quia cum sit conditio, qua de iure inest, parum interest si exprimatur, cum non expressa, subintelligenda sit.

Secondum est tertium diverso modo rescriptum gratiae per subcriptionem obtentum esse irritum, ac rescriptum nullum. Rescriptum gratiae voco illud, quod concinet dispensationem, vel facultatem dispensandi praesentationem, collationem beneficii, aut aliam quacumque gratiam. Rescriptum iustitiae est quod da iurisdictione ad litescit, ut mulier probat Menochius lib. 2. centur. 3. cap. 20. l. num. 1. Rescriptum ergo gratiae est nullum, ipso iure, si per subcriptionem, hoc est, per taciturnitatem veri, vel explicationem fali obtentum sit, sit cap. fin. de filiis presbyterorum in 6. ibi veluti per subcriptionem obtentum, nullus penitus est momenti. Et cap. postulati, de rescript. ibi, commisit reportare non debet huiusmodi litteris, ut pote veritate tacita impetratis. Et idem dicitur in cap. constitutus, eadem rit. & licet huiusmodi iura in materia beneficiorum loquuntur, que gratus, & rigorosus solerit a iure prohiberi ob praeiudicium ambitionem, iuxta cap. quatinus de prebent. in 6. At ferme omnes Doctores illorum textuum decisionem extendunt ad qualibet gratiam & dispensationem, quia militia: ead. m. ratio, scilicet electus voluntatis concedente, quae non est contenta adesse, quando exprimitur, quod tacendunt erat, & tacetur, quod erat exprimendum, sic pluribus exhortat & comprobatur Felin. in cap. audiencem 1. de rescript. nam. 22. vers. amplia secundum. Triaque, multos referunt tract. offante causa, limit. 1. n. 12. Et legg. & pluribus exhortans Nicol. Garcia pars de benef. cap. 3. à princ. Gutier. q. canon lib. 2. cap. 15. num. 22. Suarez lib. 6. de voto. cap. 27. n. 3. Sanchez lib. 8. dispe. 21. n. 10. At rescriptum iustitiae sit per subcriptionem obtentum, non est ipso iure nullum, sed venit annulandum ope exceptionis, quare, quoniam per exceptionem clidatur validum est habetur cap. si au- tem, & c. plerumque, de rescript. vbi secundum rescriptum imperatum per subcriptionem id est per taciturnitatem primi rescripti non est nullum, sed venit cancellandum, quia si efficit nullum ipso iure, convalesceret data negotiatio prima im- prato, quiam inductionem testatur Felin. supradict. cap. ad audiencem, n. 17. in princ. approbarab omnibus, & iugementis omnes supradicti Doctores. Ratio autem, quare rescriptum iustitiae non annulatur a jure ipso facto, sed ope exceptionis, rescriptum vero gratiosum reddatur irritum, et ea mihi videatur praecipua, quam tradit Felin. supradict. cap. ad audiencem fin. cum Cardinal & Imola, videlicet, quia litterae ad beneficia tribuant, ius, sed littere ad litescit tribuant iudicem, non ius; & sic prima sunt maioris praejudicij, ideo facilius inficiuntur.

Splutes limitationes, & ampliations allibentur huic doctrina, quae potes videat specialiter in Felino, qui in supradicto loco optime hanc materiam expendit. Illa tamen est praecipua, spectandum esse in rescripto, quid sit primò concessum, quando in litteris rescriptum gratiae, & iustitiae concinetur. Nam si primò concessum sit rescriptum gratiosum, & pro illius executione debet rescriptum iustitiae. Si primò iustitiae sit subcriptione, secundum rescriptum est ipso iure nullum, ex cap. fin. super gratiae de off. deleg. in 6. & cap. constitutus, de rescript. & alius, que allegat Felin. in cap. ad audiencem 2. de rescript. num. 18. Exconta vero si primò rescriptum datum sit ad litescit, & consequenter rescriptum gratiae sit factum, cui scilicet concedatur aliquod beneficium, v. g. reuocatur alicui iurisdictione, valet hoc secum lumen rescriptum, sicut & primò, quoniam ope exceptionis clidatur, ut tradit Felin. cum aliis supra. num. 21. Ratio definiuntur ex reg. iur. accessoriis, de reg. iur. in 6. accessoriis enim sequitur naturam principalis: & ita alios referens tenet Felin. in d. cap. ad audiencem, n. 17. Et 19. & ibi Abbas num. 14. Nauart. cap. si quando pralud. 1. num. 1. de rescript. Sanchez lib. 8. dispe. 21. num. 6. Addeunt ramen plures Doctores supradicta intelligenda esse de rescriptis imperatis à Pontifice, vel eius Legato; secus de gratia & rescriptis imperatis ab ordinario, existimant enim nullam gratiam, nullamque dispensationem ab ordinario imperatam, virari ex subcriptione: sic loquens de beneficio docuit Gonzalez reg. 8. cap. gloss. 4. num. 173. Menoch. de arbit. cap. 20. à num. 1. & generaliter loquens de omnibus gratias videtur docere Eman.

Sed vero gratia, n. 21. & exprestè alios referens Nicol. Garcia s. pars. de benef. cap. 3. n. 6. & alijs apud ipos. Sed, vi bene notat Thom. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 21. n. 4. & lib. 4. in Decal. c. 47. n. num. 10. hec limitatio sic universitatis accepta, vera non cit. Negat enim non potest subceptionem, & nullam esse dispensationem ab ordinario obtentari, circa votum assumendum ordinarii locum falso allegata causa inconvenientem. Quare illam doctrinam veram esse indicat solum in materia beneficiorum, in quibus deceptio circa valorem beneficii non viriat graviter ab ordinario concessam, quia non cauetur a iure hanc qualitatem esse ordinario exprimendam, quia ipsi supponitur perfectam omnium notitiam habitus, ex Clem. 2. de ordin. Idem putare dicendum de falsitate circa ea, quæ ordinarius tenet, omnino scire & oppugnare enim non potest talis dispensatio viu subceptione ratione imperatur ab ordinario abolutione ab excommunicatione falso allegans partis fasifelle, tenet absolutio, quia ordinarius tenebat hec recte ineludibilem & tradidit Nauar. c. 27. n. 38. Courr. calma. 1. p. 5. §. 11. n. 24. multis relat. Nicol. Garcia 8. p. de benef. c. 3. n. 10. At in reliquo, & præcipue in dispensationibus legum superioris tenenda est doctrina posita, ut intelligatur tam de Pontifice, quam de ordinario.

4. Tertiò certum esse debet quomodocumque taceatur veritas necessaria exprimenda, vel exprimitur falsitas necessaria taceenda, reteriprum subceptionem erit, & nullum nullitatem supradicta. Ratio quia deficere voluntas concedentes, & videantur decimus in eis super litteris & si vero, de rescripto, & itadie glof. si mouit proprio, de prob. in 6. verb. taceatur, Mafcard. de prob. c. 846. n. 4. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. cap. 201. n. 22. & alijs, quos referet, & sequitur Sanchez lib. 8. disp. 21. n. 14. 42. & 6. Salas disp. 20. sec. 15. num. 11. 6. Guterri. lib. 2. can. q. 9. cap. 1. p. 13. ex quo fit, si abiqui tua culpa, tua procurator vel factus dispensationem impetraret, mutauit narrationis substantiam, vel tacendo verum, vel exprimento falso nulla erit impetratio rescripti, habetur e. si mouit proprio, de prob. in 6. vers. Scimus si ad petitionem illius, vel alterius pro te oblatum, &c. si alios referens docet Sanchez lib. 8. de dispens. disp. 21. n. 56. 57. & 58. ratio est eadem, quia de dicti voluntas.

5. Quarto certum esse debet, si deceptio commissa sit circa substantiam materiam rescripti vel circa personam, cui committitur rescriptum, vitiare omnino. Exemplis declaro de errore commissio circa materiam substantiam. Petis dispensationem pro voto castitatis, cum tamen sit votum religionis. Petis dispensationem pro voto non forniciandi, non nubendi, cum tamen sit votum castitatis. Licit enim in voto castitatis, includatur votum non forniciandi, non nubendi, non postiungendi, in claudens subiecta voluntate castitatis, quia si absoluta voluntas castitatis non declaratur, non declaratur materia dispensanda. Item si puto voto assumendum ordines, petis dispensationem non nubendi, sunt enim haec omnino diuersa, sic Suar. lib. 5. de voto. 27. n. 8. Sanch. lib. 4. cap. 47. num. 28. Ad idem est si petis dispensationem voti religionis, cum tamen sit etiam profundi in religionem, quia secundum probabi. iorū sententiam votum profiendi aliquid superasit primo. sic Nauar. c. 21. n. 47. Sanchez sippa. Sanchez lib. 4. cap. 47. n. 3. Econtra vero si habens votum religionis petes dispensationem de voto profundi: credo dispensationem valere, quia in voto profundi claudens expressi votum religionis est in super aliquid addatur, ac proinde non est commissio error in voti substantia. Suar. f. p. 8. Sanch. n. 2. 9. Item si petes dispensationem voti dubij, cum tamen sit certus, variis substantiis materiam dispensationis, quia votum dubium forte non obligat, sicuti nec remissio debiti dubii prodest debitori certo. Sanchez disp. 21. n. 40. Et lib. 4. Dec. 47. n. 34. Suar. lib. 6. de voto. 27. n. 6. Idem quod dicens de dispensatione voti, dici poterat de rescripto ad beneficia, vel pro illorum executione: si enim petis beneficium curatum, cum tamen sit simplex, nulla est concessio, nisi forte est cutatum, vel complex, gratia demonstrationis effectus appossum, quod tamen non est plausibilis, si eadem oratione concessio fiat, ut reddo docet Felio. e. super lusteris. de script. n. 4. Idem in impedimentis ad matrimonium, ad ordinem, ad beneficium; si enim habes vnu impedimentum, dispensationem in alio petas, est grauius, contut dispensatio, quia eratur in materia substantiali dispensationis. Ad idem est, si princeps declarasset voluntatem suum repugnare dispensationi in aliquo casu, & tu lib. verbis generalibus petes illius dispensationem. Ut si dices praesta facultatem dispensandi in aliquo casu, non ceteretur illi casus concessus, quia sub generali concessione non venient ea, quae quis in specie non efficit vero similiter concessus, reg. in generali, de reg. iur. iur. 6. sicut in generali concessione absolviendi a teleuatu, non comprehenduntur heresis, sic Sanchez lib. 8. disp. 21. n. 24. & lib. 4. in Decalog. cap. 47. num. 26. Salas disp. 20. de legisl. sec. 15. n. 122. vers. sextum dubium, ubi bene adquerrunt, si haec voluntas repugnans non praescire, sed solum quædam naturalis repugnans, quia minuta illa queque obseruat, ob quam conditionem placitum paret non concessionem illam absolvit, quia absoluere concedit.

Ferd. de Castro Sum. Pars I. Mor.

6. Si autem error commissus sit circa personam, cui committitur rescriptum expedientum, censore omnino vitare, v. affirmasti te esse dicccsis Salmantinæ, cum tamen sit Vallisoletanæ, & rescriptum commissum est Officiali Salmantino, putans Pontificem te esse ex illa dicccsi, rescriptum nullum est, quia nec expedite illud potest Officialis Salmantinus, eo quod ex errore libi concessum sit, alias non concedendum: nunquam enim Pontifex alteri ab ordinario dispensandi, nisi ex certa scientia rescriptum delegat, iuxta Trident. sess. 22. cap. 5. de reformat. Neque etiam expedite illud potest Officialis Vallisoletanus, si quidem illi commissum non est. Ergo sic Sanch. lib. 8. disp. 21. numero 39. quanvis contra teneat Basil. lib. 8. c. 17. n. 43. fixe. Quod si error commissus sit circa personam, pro qua est rescriptum concessum, distingendum est, aut error facit, ut dispensans intelligat alium esse, qui concedit dispensationem ab eo, cui re vera concedit, aut non facit. si non facit, est error per accidens, & non viabilis rescriptum. Quia ratione dictum communiter Doctores: si eretur in nomine, ut si p. Franciscus ponatur Petrus in reteri propriae viarii rescriptum; quia nominari Franciscum, vel Petrum dispensatum non variat conceprum dispensantis, neque alteri ab eo, qui libi offeratur, intendit dispensationem concedere est expresa decisio Instituta de legat. §. si quis in nomine, & leg. se quis in fundi. 4. ff. de legat. 1. & plures allegans docet Sanchez lib. 8. ad sp. 21. n. 17.

7. Quod si error faciat, ut dispensans intelligat alium esse, cui concedit dispensationem ab eo, cui re vera expostular concedi; ut si propositis est loannes dispensandus notus, & familiari dispensans, cum tamen esset Petrus omnino incognitus. Thomas Sanchez num. 38. affimat, validam esse dispensationem, neque hunc errorum oblitate, si constaret eodem modo concedandam dispensationem Petro incognito, si expesus esset, ac conceditur Ioanni eius noto, & familiari. Mouetur, quia in his Principis non debet spectare, quis est libi propulsus; sed quis est qui vere dispensationem petit, & illi indiger, scitur administrator sacramentorum, excepto matrimonio, non spectat, quinnam sit, cui est administrator sacramentorum, an notus, vel ignorans libi sit, sed suam mentem dirigat ad eum, qui libi est præstans.

8. Ceterum credo probabilius hunc errorum vitiate omnino rescriptum. Quia dispensans tantum concedit dispensationem ei, qui libi est propositus: nullo autem modo est libi propositus is, qui indiget dispensatione, sed alius. Nam licet procurator intenderit proponeat indigentem dispensatione, de facto alium proponit; siquidem alium est cognovit ex relatione dispensans. Ergo dispensans non indigent dispensatione, sed tibi proposito dispensationem concessio. Ergo est nulla concessio. Et confirmo ex §. si quis in nomine, Instituta de legatis, ubi error nominis, aut pronominis legatur non obstat legato, notwithstanding appearsit quando alius de persona constas, quia tunc est error accidentalis: at in praesenti calu non constat de persona, cui petas dispensatio, & relatio facit, ut proflus intelligatur distincta. Ergo secundum confirmo ex cap. significante, de rescripto, vbi rescriptum datum contra Vicarium Remensis dicccsis, cum tamen petiit Leodiensis, irritum deceperit, qui non constabat aliunde de persona contra quam erat rescriptum imperatum, sed in calu nostro, de persona, cui petuit dispensatio, non constat, immo potius intelligatur dari omnino distincta. Ergo. Et ita tenet gl. in supradict. & in Redulphus, eod. iii. Neque obstat exemplum lacrimorum, quia ibi determinatur persona, cui administrator sacramentum per praesentiam nec determinatur per petitionem, cum potius eretur in illa, neque per necessitatem, cum sint multe, que eadem necessitatem habeant, quibus omnibus dispensatio non prodest. Ergo ex nullo capite determinatur. Alias, vi bene dicit glof. in de significante, verbo, non de Remensi, vna clausula, quia certa, & determinata videtur, possit trahi ad plures personas, quod illi non debet, tum quia generalitas in huiusmodi litteris reprobatur, tum quia rescripta, & præcipue ad licesitatem iuris sunt, & potius restringenda sunt, quam laxanda.

§. III.

Quid de suppressione veritatis, vel falsitatis expressione, circa causam finalem.

1. Quia sit causa finalis.
2. Quando vitium in hac causa visiet rescriptum? Proponitur triplex sententia.
3. Preferitur tercia sententia affirmans ex sola taciturnitate veritatis, que iure debet exprimi, & ex sola expressione falsitatis, que iure taceri debet, reddi rescriptum subceptionem.
4. Expressio causa, & taciturnitas veri debet esse circa causas finales.
5. Nomine iuriis intelligitur non solum ius scriptum, sed etiam stylus Princeps concedentis.

Non est facile distingue inter causam motuam, & astatim finalis. Illa mihi videatur germanior explicatio, quae astatim finalis causam esse, quae concernit intrinsecum materiam ipsius scripti, & sine qua scriptum non concedetur. Motuam, quae extinsecus est habet, & per accidens, & quae posita, vel sublata scriptum eodem modo concedetur, & si non ea facilitate. sic Tiraquell. tractat. *ex ante causa, limitat. i. num. ix.* Courte. lib. i. variarum. cap. 20. num. 5. Vnum tamen debet esse omnino certum, si in scripto solum apponatur *causa*, illa finalis, & non motu confusa est, ac proinde si falsa sit, viabile scriptum, quia semper censetur Princeps priuilegium velle concedere causa allegata etiam si mortuus proprio, & ex causa scientia dicat concedere, ita Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. cap. 20. num. 8. Sanchez lib. 8. disp. 2. num. 41. Gutierrez. lib. 2. canon. qq. 15. n. 103. & 104.

2. Difficultas ergo est, quando suppositio veritatis, vel falsitatis expedit circa causam scripti, viciet scriptum? Varie sunt sententiae. Prima docet eam suppositionem veritatis cedere subiectum scriptum, quae si exprimeretur, vel non concedetur scriptum, vel si concedetur non ea facilitate, sed graviori difficultate, & econtra, eam si statim expressionem viarum, quae sublata non concedetur scriptum, aut non cum ea facilitate. Secunda sententia inquit, esse scriptum subiectum, si supprimatur veritas, quia cognitio minima Princeps scriptum concederet, vel exprimiratur falsitas, quia sublata non concederet, aut non concederet eo modo. Tertia sententia dicit non ex quavis suppositione veritatis, neque ex quavis expressione falsitatis, sed idem scriptum subiectum, sed cum ratiociniis, quae iure debet exprimi, vel exprimitur falsitas, quae iure debebat taceri. Doctores, & rationes harum sententiarum adducunt eleganter Sanchez lib. 8. disp. 2. 1. n. 10.

3. Haec tercia sententia, ut probabilior sustinetur est, quamque probat Sanchez a numero 13. Salas disp. 20. sed. 15. num. 11. 5. Basilius de Leon lib. 8. de matrim. c. 17. n. 2. Suarez. lib. 6. de vero, cap. 27. & num. 6. Ratio est, quia plus sunt, que si expressa essent, retardarent Princepem a concessione, in modo omnino cum ab illa remouerentur, ut si dispensans sit visiosus, sit eius inimicus. Alia sunt, que falso expressa impellent Princepem concedere, alias forte non concessurus, ut quod sit vir doctus, pius, & prudens; quoium tamen expressio, vel suppositio, quia non caueat a iure, non annulat scriptum, vi ex communis sententia docent supradicti Doctores. Quocirca prae regula statuendum est, illorum ratiocinatatem impideat concessionem, quia iure mandato exprimi, & illorum expressionem falsam viatam concessionem, quibus secundum ius mouetur Princeps in scripto concedendo, ita vi iure cauteum sit, quod ei expressis gratiam Princeps non concessurus, sic vltra Doctores super relativos docet innumerous referens Nicol. Garcia 8. part. de benef. cap. 3. numero 20. Ratio prioris partis est, quia cum ius aliquam conditionem exprimendam expolitare, intelligitur illam expolitare pro forma: quod non leuiter colligitur ex cap. si mutu proprio de prob. in 6. vbi taciturnitas modici beneficii viuat gratiam, qui a iure caueatur exprimi, cum tamen expressum gratiam non impeditur, sed deficiente forma deficit actus. Ego. Ratio vero secunde partis est, quia si falso allegatur causa, quae mouet Princepem ad scriptum concedendum: iam scriptum conceditur praece voluntatem concedentis. Ergo non potest habere effectum. Item omne scriptum habet subtilissimam conditionem, si preces veritatis dantur. c. 2. de scriptis.

4. Aduento tamen expressionem falsi, sicut & taciturnitatem veri debere esse circa causas finales, non impulsuus tantum, hoc est, circa causas pertinentes directe ad concessionem materiam, non ad ipsum concedendum, vel quae concessionem sunt extrinsecus. Qua ratione eleemosyna data pauperi iniquo, vel singuli, si deputum, valida est, quia tamen non datur, si eius virtus cognoscatur, quia non committitur falsitas in causa, quae ad ipsam donationem a iure requiri sit. Sic Henriquez lib. 1. de matrim. c. 3. num. 7. Courte. lib. i. var. c. 200. n. 5. *vers. falsius*. Suarez lib. 8. disp. 2. 1. num. 18. & 31. Mandol. reg. 31. *Cancell. g. 9. n. 10.* Gutierrez. canon. qq. lib. 2. c. 15. n. 19. vbi plures refut.

5. Aduento secundum, nomine iuri intelligi non solum ius scriptum, sed etiam stylum Princepis concedentis, & confutandem. Et de stylo conflat, quia stylus curia ius facit, cap. quam grani, de criminis falsi. Et eodem modo, ac ius obseruandum est, sic Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. *causa* 20. num. 8. Mascard. de prob. et concil. 346. num. 8. Sanchez & alios referens illa disp. 2. 1. num. 16. Garcia 8. part. de benef. cap. 3. num. 21. Neque oblat extra curiam Romanam illius stylum non obligare: nam hoc est verum quoad solemnitates accidentales iudicari, non quoad qualitates in dispensationibus, vel litteris gratiae, aut infinito experientias, quae iuxta stylum unde emanantur, vera, vel falsa iudicandas, sunt. Sanchez sup. a. Salas disp. 1. c. 5. n. 117. Garcia 8. p. de benef. cap. 8. n. 65. De confutandis autem similiter probatur, quia coniunctudo habetur pro lege. *Ius minimi. ff. de legi. & tractat. supradicti Doctores.*

§. IV.

Expenduntur causae, quae iure, & consuetudine debent exprimi in dispensationibus obtinendis, quarumque taciturnitas vitiat scriptum.

1. Non est necessarium mentionem facere alio tempore negatam esse dispensationem.
2. Sine dispensatione nulla, ex eo quod taceas aliam tibi esse in ea materiam concessam.
3. Resolutur ex probabilitate non esse.
4. Limitatur super radicem doctrina, si prima dispensatio fuit in prauidicium tertij, quia tunc debes illius mentionem facere.
5. Idem est, si est necessarium, ut Princeps qualitatem, & quantitatem gratia intelligat. Explicaturque exemplis.
6. Ita si necessarium est, ut impedimentum dispensandum integrum cognoscatur.
7. Valens dispensatio secunda, sine mentione prima, quos ad tollendos scriptulos, vel dubium secundum imponatur.
8. Sed quid si obtinet secundam dispensationem prior usus non fuerit? Affirmat Sanchez priorem euaneat.
9. Sed probabilitas est secundam esse inutilam, casu quo prima extincta non sit impedimento perpetuo.
10. Duplex impedimentum ligatus debeatne utriusque mentionem facere: prima sententia negat.
11. Secunda probabilitas affirmat.
12. Quid si habens votum castitatis, & velis cum consanguinea contrahere? An possis voti dispensationem impetrare, tacito impedimento consanguinitatis. Resolutur pessi in aliquo casu.
13. Quid si habens votum castitatis, & religionis.
14. Si impedimentum irritationis tolli debet, non est necessarium facienda mentio in impetracione dispensationis.
15. Quid si impedimentum sit aliud publicum, aliud occultum.
16. Quid dicendum in dispensatione irregularitatis, & aliarum paenarum.

Non est animus investigate, quae debeant exprimi pro dispensatione in beneficiis, in matrimonio, in censu, neque pro obtinenda scripto ad beneficia, matrimonio, & censu, ab sollicitatione iuris. Quia propriae sedem habent, sicut locis debent reterui. Io. praeterea autem solum dicam de his, quae omni dispensationi, & rescripto generalia sunt.

1. Primum ergo dubitatur, an debetas in impetracione dispensationis mentionem facere tibi alio tempore negatam esse, si foret penitus, & negata fuit? Doct. Menochius libro 2. de arbitr. cent. 3. cap. 103. numero 6. Et ratio esse potest, quia concedit ex iure, alias non concessurus, si sciret antea negasse. Ceterum tenendum est hoc non esse necessarium, quia neque ex iure, neque ex stylo, neque ex consuetudine habetur: si quod autem Princeps est, negatur dispensationem, si sciret antea negasse, non obstat, quia tunc non negaret ex causa concernente dispensationem, sed ex causa falsi extincta dispensationis, qualis est negasse illam. Ergo si causa allegata ad dispensandum sufficiens est, tacete negatam esse prius dispensationem, non potest reddere illam insufficientem, & ita tenet Sanchez libro 8. disp. 2. num. 14. Suarez de legibus libro 6. cap. 22. numero 1. & segg. Basilius libro 8. de maritim. cap. 17. numero 3. Et haec doctrina vera est, sive idem sit superior, qui negavit dispensationem, & secundo concedit, sive inferior illo, qui negavit; adhuc existimo valere. Quia ex negatione superioris non est sublata, aut restat inferioris facultas. Si ergo antequam superior negaret, poterat hic inferior dispensationem expedire, idem poterit post negationem: & ita tenet Basilius supra numero 4. Suarez num. 6. aduersus Thom. Sanchez lib. 8. de maritim. disp. 14. numero 5.

2. Secundum dubitatur, an sit nulla dispensatio, si taceas aliam tibi esse in ea materia concessam? Et in primis certum esse debet, si prima dispensatio ab aliquo defectum fuit nulla, non esse necessarium illius mentionem facere in impetracione secundae, quia non praestat impedimentum, quod de iure non fortius effectum, iuxta regulam, de regi iuris, in 6. & tractat Suarez lib. 6. de legibus. cap. 23. num. 17. Mascard. de probatio. nibus concil. 846. num. 20. Sanchez lib. 8. disp. 22. num. 21. & plures ab eo relati. Daxi in ea materia; quia circa diuersas, clatum est non esse necessarium, mentionem prioris facere, ut doct. Panormitanus cap. p. 11. num. 13. de rescripta. Sanchez plures referens disp. 22. num. 5. Suarez lib. 6. de legibus. c. 23. n. 2. Vnde non est necessarium, si dispensatus suisti in ieiuniu, illius dispensationis mentionem facere, cum irregulatatis dispensationem obtines, nec si fuisti dispensatus in voto castiatis, narrare dispensationem, cum de illegitimitate petis. At si in

eadem

